1. Circa AXVNGIAS obſervamus, quod liquidiores ſint penetrantiores; quod recentes emolliendo, parum vero rancidae reſolvendo agant. Omnes axungiae vim habent emolliendi, leniendi, praeſertim vero Anatis, Anſeris, Canis, Caponis, Caſtoris, Gallinae, Hominis, Porci. Attenuandi et reſolvendi vis adſcribitur axungiae Cati ſylveſtris, Lupi, Serpentum, Taxi, Viperarum, Vrſi, Vulpis. Calefaciendi, detergendi et ſeptica vis adſignatur axungiae Lucii piſcis.

BRVTA.

ELEPHAS.

2. ELEPHAS *maximus.* *Syſt. nat.* 48.
Elephas. *Raj. quadr.* 123.
LOCVS: India, Zeylona. *Fera.*
PHARM. EBVR (Dens) 1. crudum, *raſpatum, præparatum*, 2. uſtum. (Spodium).
QVAL. 1. inſipida, inodora, terreo-gelatinoſa. *Vſitata.*
VIS: 1. abſorbens. 2. adſtringens.
VSVS:
COMP. *Pulv.* arthetic.; Haly abb.; Epil. marchion.; pannon. rub.; ſpecific. cephal.; *Confect.* hyacinth. Smaragd.; Santalin.; *Spec.* Cord. temper.; de hyacinth.; diarrhod. alb.; diatr. Santal.

TRICHECHVS.

3. TRICHECHVS *Manatus* dentibus laniariis incluſis. *Syſt. nat.* 49.
Manati ſ. vacca marina. *Raj. quadr.* 193.
LOCVS: Mare americanum, aſiaticum. *Fera.*
PHARM. MANATI lapis (os petroſum).
QVAL. eboris. *Superflua.*
VIS: antiſpasmodica?
VSVS: Calculus.
COMP.

FERAE.

FERAE.

CANIS.

4. CANIS *familiaris* cauda (ſiniſtrorſum) recurvata. *Syſt. nat.* 56.
Canis. *Geſner. quadr.* 91.
LOCVS: *Cicur.*
PHARM. CANIS 1. Axungia. 2. (Stercus) Album graecum.
QVAL. 1. pinguis. *Frequens, præſtans.*
VIS: 1. emolliens, expectorans, 2. ſeptica, maturans.
VSVS: 1. Tuſſis, Phthiſis. 2. Febr. intermittens, Colica? Dyſenteria?
COMP. *Vnguent.* nervin.

5. CANIS *Lupus* cauda incurvata. *Syſt. nat.* 58.
Lupus. *Aldr. quadr.* 144.
LOCVS: Europa, maxime borealis. *Manſuetus.*
PHARM. LVPI 1. Dens, 2. Hepar. 3. Axungia.
QVAL. 1. dura. 2 pinguis. *Superflua.*
VIS: 3 emolliens.
VSVS: 1. Dentitio. 2. Hydrops? 3. Atrophia?
COMP.

6. CANIS *Vulpes* cauda recta: apice albo. *Syſt. nat.* 59.
Vulpes. *Geſner. quadr.* 55.
LOCVS: Europa. *Manſuetus.*
PHARM. VVLPIS 1. Pulmones *praep.* 2. Axungia.
QVAL. 2. pinguis. *Vſitata.*
VIS: 1. becchica? 2. emolliens.
VSVS: 1. Phthiſis? 2. Contractura.
COMP. *Loboc* de pulmone vulpis. *Vngu.* nervin. *Oleum* coct. vulpin.

FELIS.

7. FELIS *Catus* cauda elongata fuſco annulata, corpore faſciis nigricantibus. *Syſt. nat.* 62.
Felis vulgo Catus. *Geſner. quadr.* 98.
LOCVS: Europa auſtralior. *Cicur.*
PHARM. CATI SYLVESTRIS Axungia.
QVAL. pinguis. *Superflua.*
VIS: emolliens.
VSVS: Rheumatiſmus, Variolae, Panaritium.
COMP. *Vnguent.* nervin.

VIVERRA.

8. VIVERRA *Zibetha* cauda annulata, dorſo cinereo nigroque undatim ſtriato. *Syſt. nat.* 65.
Animal Zibethicum. *Hern. mex.* 538. *t.* 580. [*Buff. quadr.* 9. *p.* 299. *tab.* 31.].
LOCVS: India utraque. *Fera.*
PHARM: ZIBETHVM.
QVAL. Folliculus magnus inter anum et genitalia, piloſus: materia ſebacea, oleoſa, ambroſiaca. *Heroica, frequens.*
VIS: diaphoretica, exanthematica, nervina, ſoporifera, aphrodiſiaca, anodyna.
VSVS: Atecnia, Variolæ, Morbilli, Scabies, Colica.
COMP. *Pulv.* dentifric. *Balſam.* apoplect.

VRSVS.

9. VRSVS *Arctos* cauda abrupta. *Syſt. nat.* 69.
Vrſus. *Geſner. quadr.* 14.
LOCVS: Europa borealis. *Manſuetus.*
PHARM. VRSI 1. Fel *inſpiſſatum*, 2 Axungia.
QVAL. 1. amara, 2. pinguis. *Præſtans, uſitata.*

VIS:

VIS: 1. stomachica, 2. cosmetica, sophisticans, emolliens.

VSVS: 1. Anorexia, Epilepsia.

COMP. Vnguent. Martiat.

10. VRSVS *Meles* cauda concolore, corpore supra cinereo subtus nigro: fascia longitudinali per oculos auresque nigra. *Syst. nat.* 70.

Taxus. *Aldr. digit.* 264.

LOCVS: Svecia et Europae variae regiones. *Mansueta.*

PHARM. TAXI Axungia.

QVAL. pinguis. *Superflua.*

VIS: emolliens.

VSVS:

COMP.

GLIRES.

LEPVS.

11. LEPVS *timidus* cauda abbreviata, auriculis apice nigris. *Syst. nat.* 77.

Lepus. *Gesner. quadr.* 69.

LOCVS: Europa. *Mansuetus.*

PHARM. LEPORIS Tali.

QVAL. os primum metatarsi in suffragine posteriori. *Superflua.*

VIS: absorbens, pellens?

VSVS: Colica? Pleuritis? Epilepsia? Dystocia?

COMP. *Pulv.* pleuriticus.

CASTOR.

12. CASTOR *Fiber* cauda ovata plana. *Syst. nat.* 78.

Fiber s. Castor. *Schonev. ichth.* 33. [*Buff. quadr.* 8. *p.* 282. *t.* 36.]

LOCVS: Lapponia, Sibiria, Canada. *Mansuetus.*

PHARM. CASTORVM 1. optimum, *siccatum, Pulvis, Extractum, Tinctura,* 2. Axungia (follicularis).

QVAL. 1. Materia fœtida, pinguis, in folliculo proprio juxta anum. 2. pinguis. *Heroica.*
VIS: 1. carminativa, antiſpasmodica, errhina, nervina, anodyna, emmenagoga. 2. emolliens.
VSVS: 1. Hyſteria! Colica! Vertigo, Epilepſia, Apoplexia, Lethargus.
COMP. *Balſam.* vitæ; *Elect.* Bacc. laur.; Mithrid. Philon.; Androm.; *Elix* uterin.; *Empl.* hyſter.; *Laud.* opiat; *Ol.* coct. Caſtor.; *Pil.* de gum.; *Vnguent.* pot. rubr.

M V S.

13. MVS *Muſculus* cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico. *Syſt. nat* 83.
Mus domeſticus vulgaris ſ. minor. *Raj. quadr.* 218.
LOCVS: ubique per Europam. *Manſuetus.*
PHARM. MVS 1. *combuſtus* 2. (Stercus) nigrum.
QVAL. fœtida.
VIS: 2. purgans.
VSVS: 1. Stillicidium? 2. Vermes.
COMP.

PECORA.

M O S C H V S.

14. MOSCHVS *moſchiferus* folliculo umbilicali. *Syſt. nat* 91. [*Pall. ſpicil.* 13. *pag.* 3. *tab.* 4. *Schreb. mammal. t* 242. *Buff ſuppl.* 6. *tab.* 29.]
Animal moſchiferum. *Raj. quadr.* 127.
LOCVS: China, Tataria. *Fera.*
PHARM. MOSCHVS orientalis, *Eſſentia.*
QVAL. Folliculus ſubumbilicalis, excretorius, ſubſtantia pingui unctuoſa, fuſca, ſubacri, ambroſiaca. *Heroica.*

VIS:

VIS: nervina, cordialis, exanthematica, refocillans, aphrodiſiaca.

VSVS: Palpitatio, Debilitas, Cephalalgia, Colica, Hyſteria! Rabies!

COMP. *Pulv.* dentifric.; pro epithem. cord.; de guttet. *Elix.* vitae, *Balſam* apoplect.; *Conf.* alkerm. c. m.; hyacinth.; *Eſſ.* ambr. ver.; *Spec.* aromat. roſat.; cordial. temper.; de hyacinth.; imperator.; diamoſch.; dulc. diarrh. abbat. *Troch.* catech. c. m. de Gallia Moſch. *Maſſ.* ad fornac.

C E R V V S.

15. CERVVS *Alces* cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *Syſt. nat.* 92. [*Schreb. mammal. tab.* 246.]

Alces. *Geſner. quadr.* 39.

LOCVS: Suecia borealis, Ruſſia, Canada. *Manſuetus.*

PHARM. ALCIS 1, Cornu *crudum*, *raſpatum*, *præparatum*. 2. ungula, *præparata*.

QVAL. 1. inſipida, inodorata, terreo-gelatinoſa.

VIS: 1. abſorbens, demulcens. 2. abſorbens?

VSVS: 2. Epilepſia?

COMP. *Spec.* cephal.; *Pulv.* epilept. marchion.; de Gutteta.

16. CERVVS *Elaphus* cornibus ramoſis totis teretibus recurvatis. *Syſt. nat.* 93.

Cervus, Cerva, Hinnulus. *Geſner. quadr* 79.

LOCVS: Europa. *Manſuetus.*

PHARM. CERVI 1. Cornu *tenellum*, *crudum*, *raſpatum*, 2. præparatum, 3. *Vſtum* ⊖, ⎍, °°, *Gelatina*, 4. Os de corde, 5. Priapus, 6. Sanguis, 7. Medulla, 8. Sevum.

QVAL. 1. inſipida, inodora, terreo-gelatinoſa. 2. pinguis, oleoſa. *Vſitata.*

VIS: 1. abſorbens, demulcens. 2. 3. 4. abſorbens. 3. ſubadſtringens, anthelminthica? ♄ antiſpasmodica, ſudorifera, *Gel.* nutriens. 4. cordialis? antepileptica? alexipharmaca? 5. obſtipans, aphrodiſiaca? 6. emolliens, lenitiva.

VSVS: 1. 2. 3. Diarrhœa, Dyſenteria, 4. Vermes? 5. Diarrhœa. 6. Dyſenteria? Dyſuria, 7. Scorbutus. Excoriatura.

COMP. *Liqu.* C. C. ſuccinat; *Specif.* cephal; *Pulp.* bezoard. Senn. Cachect. dyſenter. pueror. *Conf.* hyacinth. *Spec.* cord. temperat. de hyacinth. diarrh. abbat. diamercurii Mynſ. pro ptiſan. alexipharm. *Troch.* de carab. *Decoct.* alb. Syd. *Aqua* C. C. citr. Waldſch. ▽ de typhis.

17. CERVVS *Tarandus* cornibus ramoſis recurvatis teretibus: ſummitatibus palmatis. *Syſt. nat.* 93. [*Schreber. mammal. tab.* 248.]

Rangiſer. *Geſner. quadr.* 130.

LOCVS: Lapponia. *Cicur.*

PHARM. RANGIFERI cornu raſpatum.

QVAL. Cervi. *Superflua.*

VIS: Cervi, ſed inferior.

VSVS: Cervi.

COMP.

CAPRA.

18. CAPRA *Hircus* cornibus carinatis arcuatis, gula barbata. *Syſt. nat.* 94.

Caper. *Aldr. quadr. biſulc.* 619.

LOCVS: ardua Orientis. *Cicur.*

PHARM. HIRCI 1. Sanguis. 2. Sevum.
HAEDI 3. Sevum.

QVAL. *Vſitata.*

VIS: 1. ſudorifera, reſolvens.

VSVS: 1. Pleuritis, Contuſura. 2. 3. Tuſſis.

OVIS.

OVIS.

19. OVIS *Aries* cornibus compreſſis lunatis. *Syſt. nat.* 97.
Ovis. *Geſner quadr.* 138.
LOCVS: Africæ ſicca aprica. *Cicur.*
PHARM. OVIS 1. Stercus, 2. Oeſypus.
QVAL. 1. fœtida.
VIS:
VSVS: Icterus, Combuſtura. 2. Luxatura, Contuſura.
COMP.

BOS.

20. BOS *Taurus* cornibus teretibus extrorſum curvatis, palearibus laxis. *Syſt. nat.* 98.
Bos. *Geſner. quadr.* 25.
LOCVS: Boruſſia, Polonia. *Cicur.*
PHARM. BOVIS 1. Medulla, 2. (Stercoris) *Aqua Flor. omnium.*
TAVRI 3. Priapus, 4. Fel inſpiſſatum.
VITVLI 5. Medulla.
(*Lactis*) Butyrum, Caſeus, Serum.
QVAL. 1. 5. pinguis, oleoſa, 4. amara. *Frequens.*
VIS: 1. 5. emolliens, lenitiva. 2. refrigerans. 3. obſtipans. 4. ſtomachica.
VSVS: 1. Scorbutus. 2. Rhevmatiſmus, Febres. 3. Diarrhœa, Dyſenteria. 4. Tinnitus, Anorexia, Vermes.
COMP. *Vngu.* de Arthanita, ad Vermes.

BELLVAE.

EQVVS.

21. EQVVS *Caballus* cauda undique ſetoſa. *Syſt. nat.* 100.
Equus, Caballus, Equa. *Geſner. quadr.* 132.
LOCVS: Europa, parce ſponte, ubique. *Cicur.*

PHARM. EQVI Testiculi.
QVAL. *Superflua, superstitiosa.*
VIS: emmenagoga?
VSVS: Colica? Menses? Dystocia? Pleuritis.

HIPPOPOTAMVS.

22. HIPPOPOTAMVS *amphibius* pedibus quadrilobis. *Syst. nat.* 101. [*Buff. suppl.* 6. *t.* 4. 5.]
Locus: Nilus.
PHARM. HIPPOPOTAMI Dens.
QVAL. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. *Superflua.*
VIS: absorbens, adstringens, mechanica, antispasmodica?
VSVS: Profluvia Sanguinis, Epilepsia? Pleuritis?
COMP.

SVS.

23. SVS *Scrofa* dorso antice setoso, cauda pilosa. *Syst. nat.* 102.
α. Aper. *Gesner. quadr.* 146. *Aldr. bisulc.* 1013.
β. Sus. *Gesner. quadr.* 872. *Aldr. bisulc.* 937.
LOCVS: α in Oelandia et Europa australi; β ubique. *Cicur.*
PHARM. α APRI Dens integer, *præparatus*, 2. Axungia. β PORCI 3. Stercus, 4. Axungia.
QVAL. 1. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. 2. 4. pinguis. 3. fœtida. *Usitata.*
VIS: 1. absorbens, 2. emolliens.
VSVS: 1. Pleuritis? 3. Profluvia sanguinis!
COMP. *Pulv.* pleuritic.

CETE.

MONODON.

24. MONODON *Monoceros. Arted. gen.* 78. *Syn.* 118. *Syst. nat.* 105. [*Fabric. groenl.* 18.]

Balae-

Balæna Narhwal. *Schonev. ichth.* 28. [*Klein. pisc. miss.* 2. *tab.* 2 *fig. C.*]
LOCVS: Mare Atlanticum. *Fera.*
PHARM. VNICORNV 1. crudum, *raspatum*, *præparatum.*
QVAL. 1. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. *Rarior.*
VIS: 1. absorbens, demulcens.
VSVS: 1. mechanicus.
COMP. *Spec.* cephal. *Pulv.* epil. marchion.

BALAENA.

25\. BALAENA *Mysticetus* naribus flexuosis in medio capite, dorso impinni. *Syst. nat.* 105. [*Fabric. grœnl.* 20.]
Balæna vulgo dicta. *Gesner. aquat.* 114.
LOCVS: Mare Atlanticum, Grœnlandia. *Fera.*
PHARM. CETI Priapus.
QVAL. *Superflua.*
VIS: aphrodisiaca? adstringens.
VSVS: Profluvia.
COMP.

PHYSETER.

26\. PHYSETER *macrocephalus* dorso impinni, fistula in cervice. *Syst. nat.* 170. [*Fabric. grœnl.* 25.]
Cete. *Clus. exot.* 131.
LOCVS: Mare Grœnlandicum. *Fera.*
PHARM. CETI Sperma.
QVAL. pinguis, sicca, squamosa, alba, mollis, e ventriculis cerebri. *Præstans.*
VIS: emolliens, lenitiva, thoracica, resolvens, cosmetica.
VSVS: Tussis, Diarrhœa, Dysenteria.
COMP. *Pulv.* contra casum, *Empl.* de spermat. ceti, *Vngu.* potab. rubr.

CLAS-



CLASSIS II.

A V E S.

PICAE.

CORVVS.

27. CORVVS *Pica* albo nigroque varius, cauda cuneiformi. *Syst. nat.* 157.

Pica caudata varia. *Will. ornith.* 87. *t.* 19.

LOCVS: Suecia ubique ad pagos. *Mansuetus.*

PHARM. PICAE.

QVAL. *Superflua.*

VIS.

VSVS.

COMP. *Aqua picarum composita.*

ANSERES.

ANAS.

28. ANAS *Anser* rostro semicylindraceo, corpore supra cinereo subtus pallidiore, collo striato. *Syst. nat.* 197.

Anser domesticus. *Gesner. av.* 141.

LOCVS: Suecia borealis, nunc ubique *Cicur.*

PHARM. ANSERIS 1. Stercus. 2. Axungia.

QVAL. 2. pinguis. *Vsitata.*

VIS: 2. emolliens.

VSVS: 1. Icterus.

COMP. *Vngu.* resumtiv.

29. ANAS *Boschas* rectricibus intermediis (maris) recurvatis, rostro recto. *Syst. nat.* 205.

Bo-

Boſchas major. *Alb. ornith.* 2. *p.* 89. *t.* 100.
LOCVS: ubique in lacubus et ſtagnis, hodie *Cicur.*
PHARM. ANATIS Axungia.
QVAL. Anſeris. *Superflua.*
VIS: Anſeris.
VSVS:
COMP. *Vngu.* pectorale, reſumtiv.

GRALLAE.

STRVTHIO.

30. STRVTHIO *Camelus* pedibus didactylis. *Syſt. nat.* 265.
Struthio camelus. *Will. ornith.* 100.
LOCVS: Arabiæ deſerta. *Fera.*
PHARM. STRVTHIONIS ovorum teſtæ.
QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Superflua.*
VIS: abſorbens.
VSVS: Calculus?
COMP.

GALLINAE.

PAVO.

31. PAVO *criſtatus* capite criſta compreſſa, calcaribus ſolitariis. *Syſt. nat.* 267.
Pavo. *Geſner. av.* 656.
LOCVS: Zeylona et India orientalis. *Cicur.*
PHARM. PAVONIS Stercus.
QVAL. alba. *Præſtans.*
VIS: nervina.
VSVS: Vertigo! Epilepſia?
COMP.

32. PHA-

PHASIANVS.

32. PHASIANVS *Gallus* caruncula compreſſa verticis geminaque gulæ, auribus nudis, cauda compreſſa adſcendente. *Syſt. nat.* 207.

Gallus gallinaceus et Gallina domeſtica. *Will. orn.* 109. *t.* 26.

LOCVS: Pulicandor Indiæ. *Cicur.*

PHARM: GALLINAE 1. Ovorum Teſtæ *præparatæ*; *calcinatæ*; 2. Vitelli. (()). 3. Axungia. CAPONIS. 4. Axungia.

QVAL. 1. inſipida, inodora, calcaria. 3. 4. pinguis. 1. 2. *præſtans*, 3. 4. *ſuperflua.*

VIS: 1. abſorbens, *calcinat* abſorbens: adſtringens, diuretica. 2. demulcens, nutriens, 3. 4. emolliens.

VSVS: 1. *calcinat.* Calculus, 2. Dyſenteria, Tuſſis, Raucedo.

COMP. *Vngu.* alb. ceruſſ. Martiat: pectoral. reſumtiv. lithontripticum Dnæ Stephens.

TETRAO.

33. TETRAO *Perdix* pedibus nudis calcaratis, macula nuda coccinea ſub oculis, cauda ferruginea, pectore brunneo. *Syſt. nat.* 276.

Perdix cinerea. *Jonſt. av.* 68. *t.* 27. *f.* 1.

LOCVS: Europæ noſtræ culta. *Manſuetus.*

PHARM. PERDICIS Plumæ.

QVAL. *fumi* fœtida. *Superflua.*

VIS:

VSVS: *fumi* Epilepſia, Hyſteria.

COMP.

PAS-

PASSERES.

COLVMBA.

34. COLVMBA *Oenas* cærulefcens, cervice viridi nitente, dorfo poftico albo, fafcia alarum apiceque caudæ nigricante. *Syft. nat* 279.

Columba domeftica f. vulgaris. *Will. orn.* 130.

LOCVS: Sylvæ Europæ, Afiæ, Americæ feptentrionalis, ubique *Cicur.*

PHARM. COLVMBAE Stercus.

QVAL. *Superflua.*

VIS: dubia.

VSVS:

COMP.

HIRVNDO.

35. HIRVNDO *urbica* rectricibus immaculatis, dorfo nigro-cærulefcente, tota fubtus alba. *Syft. nat.* 344.

Hirundo fylveftris. *Gefner. av.* 564.

LOCVS: ubique ad pagos per Europam. *Manfueta.*

PHARM. HIRVNDO.

QVAL. *Superflua.*

VIS: dubia.

VSVS:

COMP. *Aqua* hirundium.



CLASSIS III.

AMPHIBIA.

REPTILIA.

RANA.

36. RANA *temporaria* dorſo planiuſculo ſubangulato. *Syſt. nat.* 357.
Rana aquatica ſ. innoxia. *Geſner. ovip.* 46. [*Roeſel. ran. p.* 1. *t.* 1.]
LOCVS: Europæ paludes ubique. *Manſueta.*
PHARM. RANARVM Sperma *exſiccatum*, ▽, ◎.
QVAL. *Vſitata.*
VIS: *rec.* refrigerans, repellens, ▽ coſmetica, refrigerans.
VSVS: *Sperma rec.* Inflammatio, Eryſipelas, Combuſtura.
COMP. *Empl.* de Sperm. ranar. de ranis cum mercurio, Cataplaſma.

37. RANA *Bufo* corpore ventricoſo verrucoſo lurido fuſcoque. *Syſt. nat.* 354.
Bufo. *Rond. aquat.* 2. *p.* 121. [*Roeſ. ran. p.* 85. *t.* 20.]
LOCVS: Europæ umbroſa. *Manſueta.*
PHARM. BVFONES exſiccati.
QVAL. *Rarior.*
VIS:
VSVS: Panaritium, Hæmorrhagia? Congeſtiones ad caput?
COMP.

LACERTA.

38. LACERTA *Scincus* cauda tereti mediocri apice compreſſa, digitis muticis marginatis. *Syſt. nat.* 365.
Stin-

Stincus. *Rond. pisc.* 2. *p.* 231. *Seb. mus.* 2. *p.* 112. *t.* 105. *f.* 3.
LOCVS: Aegyptus. *Fera.*
PHARM. STINCI MARINI.
QVAL. *Vsitata.*
VIS: aphrodisiaca? diuretica?
VSVS: Atecnia?
COMP. *Elect.* diasatyr. Mithridat.

SERPENTES.

COLVBER.

39. COLVBER *Vipera* scutis abdominalibus CXVIII, squamis subcaudalibus XXII. *Syst. nat.* 375. *Hasselq. it.* 314. *n.* 60.
Vipera. *Gesner. serp.* 124.
LOCVS: Aegyptus. *Mansuetus.*
PHARM. VIPERAE 1. *exsiccatæ, Pulvis, Trochisci,* ⊖, 2. ossa. 3. Axungia.
QVAL. *Vsitata.*
VIS: 1. alexipharmaca, diuretica, restaurans, 2. absorbens.
VSVS: 1. Syphilis, Lepra, Scabies ferina, Vlcus malignum, Venena? 3. Ophthalmia.
COMP. *Ther.* Androm. *Vngu.* de tutia D. Sloane.

40. COLVBER *Natrix* scutis abdominalibus CLXX, squamis subcaudalibus LX. *Syst. nat.* 380.
Natrix torquata. *Raj. quadr.* 334.
LOCVS: Europæ sterquilinia. *Mansuetus.*
PHARM. SERPENTVM 1. Spina dorsi, 2. Exuviæ, 3. Axungia.
QVAL. 3. *Frequens.*

VIS: 1. abſorbens, 2. diuretica?
VSVS: 1. 2. Dyſtocia? Hydrops? Vulnus?
COMP.

NANTES.

ACIPENSER.

41. ACIPENSER *Sturio* cirris IV, ſquamis dorſalibus XI. *Syſt. nat.* 403. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 54. *tab.* 18. *f.* 2.
Sturio. *Will. ichth.* 239.
LOCVS: Mare, fluvii maximi Europæ. *Manſuetus.*
PHARM. COLLA PISCIVM.
VIS: glutinans, incraſſans.
VSVS: Dyſenteria.
COMP. Coctum gluten ex pinnis, inteſtinis, corio ad pelliculam, malaxatum, refrigeratum, in pelliculas diductum.



CLASSIS. IV.

PISCES.

THORACICI.

PERCA.

42. PERCA *fluviatilis* pinnis dorſalibus diſtinctis: ſecunda radiis ſedecim. *Syſt. nat.* 481.

Perca

41. [*Ichthyocolla* optima e veſica aërea *Acip. Sturionis*, et *Acipenſ. ſtellati Pall.*, paratur; viliorem dat *Acip. Huſo*, tenaciorem *Acip. ruthenus*, et *Silurus Glanis.* Similem collam *Cyprini Barbi* aliorumque piſcium veſicae aëreae praebent. *Pall. it.* 1. *p.* 139. 197. *Georgi it.* 1. *p.* 177.]

Perca fluviatilis. *Salv. pisc.* 226. *f.* 224.
LOCVS: Lacus et fluvii ubique. *Mansuetus.*
PHARM. PERCARVM Lapides *præparati.*
QVAL. *Superflua.*
VIS: absorbens.
VSVS: Pleuritis? Colica?
COMP. *Specific.* cephal. *Pulv.* pleuritic.

ABDOMINALES.

ESOX.

43. ESOX *Lucius* rostro depresso subæquali. *Syst. nat.* 516.
Lucius. *Salv. pisc.* 2. *p.* 188.
LOCVS: Lacus et fluvii ubique. *Mansuetus.*
PHARM. LVCII 1. Mandibulæ *præparatæ*, 2. Axungia.
QVAL.
VIS: absorbens.
VSVS: 1. Pleuritis? 2. Vulnus.
COMP. *Pulv.* dysenter. pleurit.

CYPRINVS.

44. CYPRINVS *Carpio* pinna ani radiis IX, cirris IV, pinnæ dorsalis radio secundo postice serrato. *Syst. nat.* 525.
Cyprinus. *Rond. pisc.* 2. *p.* 150.
LOCVS: Scaniæ piscinae et Europa australior. *Cicur.*
PHARM. CARPIONIS Lapides.
QVAL. *Superflua.*
VIS: absorbens.
VSVS: Epilepsia? Pleuritis? Colica? Calculus?
COMP.



CLASSIS V.

INSECTA.

COLEOPTERA.

LVCANVS.

45. LVCANVS *Cervus* ſcutellatus, maxillis exſertis apice biſurcatis latere unidentatis. *Syſt. nat.* 559.
Taurus volans. *Olear. muſ.* 27. *t.* 16. *f.* 5.
LOCVS: Europæ querceta. *Manſuetus.*
PHARM. SCARABAEI cornu.
QVAL. *Superflua.*
VIS: abſorbens.
VSVS: Dyſtocia?
COMP.

MELOE.

46. MELOE *veſicatorius* alatus viridiſſimus nitens, antennis nigris. *Syſt. nat.* 679. *Amoen.* 6. *p.* 135.* *Sulz. inſ. t.* 7. *f* 55.
Cantharis vulgaris officinarum. *Raj. inſ.* 276.
LOCVS: Europæ Liguſtrum, Syringa, Fraxinus, Lonicera. *Manſuetus.*
PHARM. CANTHARIDVM Pulvis, *Tinctura.*
QVAL. acerrima. *Heroica.*
VIS: *inter.* diuretica! aphrodiſiaca, *exter.* corroſiva, exulcerans, excitans, revellens.

VSVS:

46. [*Cantharides antiquorum* erant Meloides flavo-faſciatæ, forſitan plures, præſertim Meloë calida *Pall. inſ. tab. E. fig.* 11. quæ Chryſomela Cichorii *Haſſelq. it. p.* 410. *n.* 101. Conf. *Dioſc. l. II. c.* 54. — Officinalis quoque *Meloë Proſcarabaeus*, mitior quidem, tamen etiam veſicans, adverſus rabiem caninam laudatus.]

VSVS: *inter.* Ischuria, Hydrophobia, Hydrops, Gonorrhœa maligna. *Exter.* Febr. exanth. maligna, Pleuritis, Morbi soporosi, Delirium, Ophthalmia, Paralysis, Asthma, Vlcera cacoëthica.
COMP. *Empl.* vesicatorium.

HEMIPTERA.

COCCVS.

47. COCCVS *Ilicis* Quercus cocciferæ. *Syst. nat.* 740.
Kermes. *Reaum inf.* 4. *t.* 5. [*Ledermüll. micr. p.* 72. *t.* 36.]
LOCVS: QVERCVS coccifera. *Sp. pl.* 1413. Europæ australis. *Fera.*
PHARM. CHERMES Grana, *Succus inspissatus, Tinctura.*
QVAL. *Præstans.*
VIS: subadstringens, roborans, analeptica, aphrodisiaca.
VSVS: molimina abortus.
COMP. *Conf.* Alkermes, de Hyacinth. Smaragd. *Tinctur.* Bezoard. ex herbis, *Spec.* de hyacinth.

48. COCCVS *Cacti* Cacti coccinelliferi. *Syst. nat.* 742.
Coccinella alis destituta, corpore rugoso. *Brown. jam.* 435.
Scarabæus hemisphæricus coccinellifer. *Pet. gaz. t.* 1. *f.* 5.
Locus: Cactus coccinellifer in America. *Fera.*
PHARM. COCCIONELLAE (Pupæ).
QVAL. rubro-tinctoria. *Præstans.*
VIS: diuretica, leniter stimulans.
VSVS: Hydrops, Ischuria, Febres malignæ.
COMP. Tinctura sacra Edinb.

LEPIDOPTERA.

PHALAENA.

49. PHALAENA *Mori* elinguis, alis reverſis pallidis: ſtrigis tribus obſoletis fuſcis maculaque lunari. *Syſt. nat* 817.

Bombyx. *Rœſ. inſ.* 3. *t* 7. 8. *Admiral. inſ. t.* 9.

LOCVS: China, nunc in Europa paſſim. *Cicur.*

PHARM. SERICVM crudum, *toſtum.*

QVAL. *Superflua.*

VIS: antepileptica? adſtringens?

VSVS: Epilepſia? Hæmorrhagia?

COMP. *Spec.* cord. temperat. de hyacinth. diamoſch. dulc.

HYMENOPTERA.

CYNIPS.

50. CYNIPS *Roſæ* nigra, abdomine ferrugineo poſtice nigro, pedibus ferrugineis. *Syſt. nat.* 917.

Reaum. inſ. 3. *t* 46. 47.

LOCVS: Sueciæ Roſa ſylveſtris. *Manſueta.*

PHARM. FVNGI ROSARVM.

QVAL. *Superſtitioſa.*

VIS: ſoporifera? ſtyptica.

VSVS: Hæmorrhagia.

COMP.

51. CYNIPS *Quercus folii* nigra, thorace lineato, pedibus griſeis, femoribus ſubtus nigris. *Syſt. nat.* 918.

Rœſ inſ. 3. *t.* 52. 53. *f.* 10. 11.

Friſch inſ. 2. *t.* 3. *f.* 5.

LOCVS: Turciæ Quercus ſempervirens. *Manſueta.*

PHARM. GALLAE Turcicæ.

QVAL.

51. [Optimas Gallas *Q. Cerris* ferre dicitur.]

QVAL. *Frequens*, *præſtans.*
VIS: ſtyptica, adſtringens, inſpiſſans, corroborans.
VSVS: Hæmorrhagia.
COMP.

APIS.

52. APIS *mellifica* pubeſcens, thorace ſubgriſeo, abdomine fuſco, tibiis poſticis ciliatis: intus transverſe ſtriatis. *Syſt. nat.* 955. *Sulz. inſ. t.* 19. *f.* 123.
Apis. *Mer. europ.* 2. *p.* 19. *t.* 1.
LOCVS: Polonia, nunc ubique *Cicur.*
PHARM. MEL. 1. *commune, virgineum, deſpumatum.* ♌.
CERA 2. *citrina, alba,* ⁂.
PROPOLIS 3.
QVAL. 1. dulcis. 1. 2. *Eximia.*
VIS: 1. edulcorans, abſtergens, diuretica, maturans, expectorans, 2. 3. digerens, emolliens, maturans.
VSVS:
COMP. *Mel.* Anthoſ.; Mercuriale, Roſar.; Violar.; Oxym. Simpl. Scillit. Alliat. *Cera* rubra; viridis, nigra, ſigillatoria, arborea, ad barbam.

FORMICA.

53. FORMICA *rufa* thorace compreſſo toto ferrugineo, capite abdomineque nigris. *Syſt. nat.* 962.
Formica media rubra. *Raj. inſ.* 69.
Schæff. inſ. t. 5. *f.* 3. *elem. t.* 64.
LOCVS: ubique in ſylvis. *Manſueta.*
PHARM. FORMICARVM ⊖, ◎, ♌.
QVAL. acida eſſentialis, volatilis. *Præſtans.*
VIS: excitans.
VSVS: Paralyſis!
COMP.

APTERA.

ARANEA.

54. ARANEA *domeſtica* abdomine ovato fuſco: maculis nigris quinque ſubcontiguis: anterioribus majoribus. *Syſt. nat.* 1031. *Clerk. aran.* 76. *t.* 2. *f.* 9.

Araneus ſubflavus hirſutus, prælongis pedibus, domeſticus. *Liſt. aran.* 59. *n.* 17.

LOCVS: in feneſtris ubique. *Manſueta.*

PHARM. ARANEAE Tela.

QVAL. *Rarior.*

VIS:

VSVS: Vulnus.

COMP.

SCORPIO.

55. SCORPIO *europæus* pectinibus 18-dentatis, manibus angulatis. *Syſt. nat.* 1038. *Sulz. inſ. t.* 23. *f.* 550.

Scorpio. *Raj. inſ.* 9. *Rœſ. inſ.* 3. p. 66. *f.* 1. 2.

LOCVS: Muri Italiæ, Africæ. *Fera.*

PHARM. SCORPIONES AFRICANI *exſiccati*, ◎.

QVAL. *Rarior.*

VIS:

VSVS: Punctura.

COMP. *Oleum* inſ. magnum.

CANCER.

56. CANCER *Pagurus* brachyurus, thorace utrinque obtuſe novem-plicato, manibus apice atris. *Syſt. nat.* 1044.

Cancer marinus. *Jonſton. exſang. t.* 5. *f.* 2.

LOCVS: Oceanus. *Manſuetus.*

PHARM. CANCRORVM chelæ, *præparatae.*

QVAL.

56. Abſorbentia e regno animali deſumta haud inepte ad duas reduci poſſunt claſſes: ad priorem pertinent illa, quae quidem

QVAL. insipida, inodora, calcaria.
VIS: absorbens.
VSVS: Hypochondriasis.
COMP. *Pulv.* bezoard. anglican.

57. CANCER *Astacus* macrourus, thorace laevi, rostro lateribus dentato: basi utrinque dente unico. *Syst. nat.* 1051.
Astacus fluviatilis. *Rond. pisc.* 2. *p.* 210. *Roes. ins.* 3. *t.* 54. 55.
LOCVS: Lacus et fluvii Europae. *Mansuetus.*
PHARM. CANCRORVM oculi (Lapides), *Solutio.*
QVAL. insipida, inodora, calcaria. *Vsitatissima.*
VIS: absorbens.
VSVS: Soda, Hypochondriasis.
COMP. *Pulv.* pleuritic. stomachal.

ONISCVS.

58. ONISCVS *Asellus* ovalis, cauda obtusa: stylis simplicibus. *Syst. nat.* 1061. *Sulz. ins. t.* 24. *f.* 154.
Asellus asininus s. vulgaris. *Raj. ins.* 41.
LOCVS: muri antiqui et parietes. *Mansuetus.*
PHARM. MILLEPEDES *praeparati.*
QVAL. *Vsitata.*
VIS. diuretica, incidens.
VSVS: Icterus, Asthma, Dysuria, Nephritis.
COMP. *Pil.* Scillit. Edinb.

CLAS-

absorbent, sed simul vi portionis gelatinosae demulcent. Numerantur huc animalium Ossa, Cornua, Dentes. Ad posteriorem referuntur gelatina demulcente destituta, ut Testae ovorum, Cancrorum chelae et oculi, Testae cochleae, Dentalium, Conchae etc. quo etiam spectant animantium partes jam dictae, dum varia arte et praeparatione gelatinosa parte sunt orbatae. Parum juvant absorbentia haec, nisi vel acido quodam regni vegetabilis prius sint impraegnata, vel offendant acidum in primiis viis; tum enim non solum illud absorbent destruuntque, sed etiam temperantem, blande resolventem, diapnoicam et diureticam exserere possunt virtutem.



CLASSIS VI.

VERMES.

INTESTINA.

LVMBRICVS.

59. LVMBRICVS *terrestris* trifariam retrorsum aculeatus. *Syst. nat.* 1076. [*Murr. opusc.* 2. *t.* 3. *f.* 1 - 5. *Mull. verm.* 1. *vol.* 2. *p.* 24. *n.* 157.]
Lumbricus terrestris major. *Raj. ins.* 1.
LOCVS: Terra abdita spongiosa ubique. *Mansuetus.*
PHARM. LVMBRICI *exsiccati, præparati, Pulvis*, ⊖, ⌐∟, ◎.
QVAL. *Vsitata.*
VIS: antispasmodica, temperans, diuretica.
VSVS: Morbi spasmodici, Arthritis scorbutica.
COMP. *Empl.* de ran. c. mercur; *Vngu.* nervin.

HIRVDO.

60. HIRVDO *medicinalis* depressa nigricans, supra lineis flavis sex: intermediis nigro arcuatis, subtus cinerea nigro maculata. *Syst. nat.* 1079. *amœn.* 7. *p.* 42. *Bergm. act. Stockh.* 1757. *p.* 308. *n.* 4. *t.* 6. *f.* 1. 2. [*Müll. verm.* 1. 2. *p.* 37. *n.* 167.]
LOCVS: Aquæ stagnantes, pigræ. *Frequens, mansueta.*
PHARM: HIRVDO viva.
QVAL. *Vsitata.*
VIS: topica.
VSVS: Hæmorrhois.
COMP.

MOLLV.

MOLLVSCA.

SEPIA.

61. SEPIA *officinalis* corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus. *Syſt. nat.* 1095.

Sepia. *Seb. muſ.* 3. *t.* 3. *f.* 1 - 4.

LOCVS: Oceanus. *Fera.*

PHARM. SEPIAE os. *Frequens.*

QVAL.

VIS: abſorbens, adſtringens.

VSVS: Gonorrhœa, Leucorrhœa, Febr. intermittentes.

COMP. *Pulv.* dentifric.

TESTACEA.

OSTREA.

62. OSTREA *edulis* teſta inæquivalvi ſemiorbiculata, membranis imbricatis undulatis: valvula altera plana integerrima. *Syſt. nat.* 1148.

Oſtrea. *Geſner. aqu.* 2. *p.* 33.

LOCVS: Oceanus. *Manſueta.*

PHARM. CONCHAE, *citratæ.*

QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Frequens.*

VIS: abſorbens.

VSVS:

COMP.

MYTILVS.

63. MYTILVS *margaritiferus* teſta compreſſo - plana ſuborbiculata baſi transverſa, imbricata tunicis dentatis. *Syſt. nat* 1155.

Matrix perlarum. *Rumph. muſ.* 47. *f. F.*

LOCVS: Oceanus utriusque Indiæ. *Fera.*

PHARM. PERLARVM mater, *cruda, præparata.*

QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Vſitata.*

VIS:

VIS: abſorbens.

VSVS:

COMP. *Empl.* ſtictic. *Vngu.* nihili oculorum.

HELIX.

64. HELIX *Pomatia* teſta umbilicata ſubovata obtuſa decolore, apertura ſubrotundo - lunata. *Syſt. nat.* 1244.

Cochlea Pomatia edulis Geſneri. *Liſt. exercit. anat.* 1. *p.* 162. *t.* 1.

LOCVS: in Europa auſtraliori freqtiens, in hortis Sueciæ culta. *Cicur.*

PHARM. COCHLEAE Teſtæ, opercula.

QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Vſitata.*

VIS: abſorbens.

VSVS:

COMP.

DENTALIVM.

65. DENTALIVM *Entalis* teſta tereti ſubarcuata continuata lævi. *Syſt. nat.* 1263.

Dentale læve album altera extermitate rufeſcens. *Liſt. hiſt.* 4. *f.* 2. *n.* 2.

LOCVS: Oceanus circa Sueciam. *Fera.*

PHARM. DENTALIORVM Teſtæ.

QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Rarior.*

VIS: abſorbens.

VSVS:

COMP.

LITHOPHYTA.

MADREPORA

66. MADREPORA *oculata* cauleſcens tubuloſa glabra flexuoſa oblique ſubſtriata, ramis alternis, ſtellis

ſtellis immerſis bifariis. *Syſt. nat.* 1281. [*Pall. zooph.* 308. *n.* 179.]

Corallium album oculatum officinarum. *Bauhin. hiſt.* 3. *p.* 573. *Seb. muſ.* 3. *t.* 116. *n.* 12.

LOCVS: Mare Tyrrhenum. *Fera.*

PHARM. CORALLIA alba, *præparata.*

QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Vſitata.*

VIS: abſorbens, ſubadſtringens.

VSVS:

COMP. *Pulv.* Cachect. pannon. rub. *Empl.* ſtict. *Spec.* cord. temperat. diamargarit. frigid.

ZOOPHYTA.

ISIS.

67. ISIS *nobilis* ſtirpe corallina æquali continua, ſtriis obſoletis obliquis, ramis vagis. *Syſt. nat.* 1288. [*Pall. zooph.* 223. *n.* 142.]

Corallium rubrum. *Bauhin. pin.* 366. *Marſigl. hiſt. mar.* 108. *t.* 22-29. 168. *t.* 40.

LOCVS: Mare mediterraneum. *Fera.*

PHARM. CORALLIA rubra, *præparata*, *Tinctura.*

QVAL. inſipida, inodora, calcaria. *Vſitata.*

VIS: abſorbens, ſubadſtringens.

VSVS: Profluvia, Leucorrhœa.

COMP. *Specific.* cephal. *Pulv.* bezoard. Sennert. dentifric. epil. marchion. de gutteta, pannon. rub. *Conſ.* Hyacinth. Smaragd. *Empl.* ſtict. Spec. cord. temperat. de Hyacinth. diamargarit. frigid. diamoſch. dulc. *Troch.* de carabe.

SPONGIA.

68. SPONGIA *officinalis* foraminulata ſubramoſa difformis tenax tomentoſa. *Syſt. nat.* 1298. [*Pall. zooph.* 387. *n.* 234.]

Spongia ad usum præstantissima, foraminibus exiguis pervia. *Tourn. inst.* 575.
LOCVS: Mare mediterraneum.
PHARM. SPONGIA, Cineres.
QVAL. bibula, sicca.
VIS: imbibens. Sief.
VSVS: Vlcus, Struma.
COMP.

CORALLINA.

69. CORALLINA *officinalis* subbipinnata, articulis subturbinatis. *Syst. nat.* 1304.
Corallina. *Ellis. cor.* 48. *t.* 24.
Muscus coralloides, squamis loricatus. *Bauh. pin:* 364.
LOCVS: Mare Atlanticum, Norvegicum. *Mansueta.*
PHARM. CORALLINA.
QVAL. insipida, inodora, calcaria. *Frequens.*
VIS: absorbens, subadstringens, anthelminthica.
VSVS: Vermes.
COMP. *Pulv.* ad vermes: *Spec.* diamercur. Mynf.

REGNVM

REGNVM

VEGETABILE.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

AMOMUM.

70. AMOMUM *Zingiber* ſcapo nudo, ſpica ovata. *Hort. cliff.* 3. *Fl. zeyl.* 3. *Hort. upſ.* 1. *Sp. pl.* 1. *Jacq. hort.* 1. *t.* 75.

Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12. *Rumph. amb.* 5. *p.* 156. *t.* 66. *f.* 1.

LOC. India orientalis; nunc Jamaica. *Perennis, fera.*

PHARM. ZINGIBERIS COMMUNIS Radix ℨj. ALBI Radix ℨj, *optima, utraque condita cum* vel *ſine Brodio.*

QUAL. acris, aromatica, fervida, ſubfragrans. *Culinaris.*

VIS: calefaciens, (*recens* eccoprotica), ſtomachica, ſtimulans.

USUS: Colica, Diarrhœa, Hyſteria, Tuſſis ſtomachalis.

COMP. Andromach. Mithridat. Diaſcord. Benedict. Hamech. Diaſatyrium. Alhandal. *Troch.* Agaric.

71. AMOMUM *Cardamomum* ſcapo ſimpliciſſimo breviſſimo, bracteis alternis laxis. *Fl. zeyl.* 4. *Sp. pl.* 2. [*Kœnig. monandr. n* 9.]

Elettari 2. *Rheed. mal.* 11. *p* 9. *t.* 6. *Rumph. amb.* 5. *p* 152. *t.* 65. *f.* 1.

LOC. Malabaria, Zeylona. *Perennis, peregrina.*

PHARM. CARDAMOMI MINORIS (*Fructus*) *non excorticatus, excorticatus.* Semina, ⁂.

QUAL. acris, aromatica, fervida, fragrans. *Culinaris.*

VIS: ſtimulans, calefaciens, nervina, pellens, emmenagoga, aphrodiſiaca.
VSVS: Anorexia, Moroſis.
COMP. Andromach. Mithridat. Benedict. Diaſatyr. ▽ Theriacal.

72. AMOMVM *Gran. paradiſi* ſcapo ramoſo breviſſimo. *Sp. pl.* 2.
Grana paradiſi officinarum. *Baub. pin.* 413. *Raj. hiſt.* 1205. *Barbara.*
LOC. Madagaſcar, Guinea, Zeylona, in umbroſis uliginoſis ad radices montium. *Perennis*, *peregrina.*
PHARM. PARADISI GRANA (Semina).
QVAL. præcedentis 71, ſed acerrima. *Rarior.*
VIS; ſtimulans, calefaciens.
VSVS: Paralyſis.
COMP.

COSTVS.

73. COSTVS *arabicus. Hort. cliff.* 2. *Fl. zeyl.* 5. *Hort. upſal.* 2. *Merian. ſur.* 36. *t.* 36. *Sp. pl.* 2. [*Aublet. guian.* 2.]
Tſiana-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 15. *t.* 8.
LOC. Malabaria, Zeylona, Braſilia, Surinamum. *Perennis, fera.*
PHARM. COSTI DVLCIS Radix ℥ß.
ARABICI Radix ℥ß.
QVAL. amaricans, aromatica, calida, fragrans. *Rarior.*
VIS: ſtimulans, calefaciens, diaphoretica, emmenagoga, urinaria urina violacea odora.
VSVS:
COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Orvietan.

74. MA-

72. GRAN. PARADISI Sem. alii AMOMI, alii MYRTI ſpeciem ſtatuunt.
73. COSTVM DVLCEM et ARABICVM ex eadem planta deſumi plurimi ſtatuunt, eamque plantam officinalem cum noſtra eandem eſſe veroſimile eſt.

MARANTA.

74. MARANTA *Galanga* culmo ſimplici. *Sp. pl.* 2.
Galanga major et minor. *Rumph. amb.* 5. *p.* 142. *t.* 63.
LOC. India Orientalis, Philippinæ. *Perennis, fera.*
PHARM. GALANGAE MAJORIS Radix (*ingratior, intus pallida*).
MINORIS Radix (*fortior, intus rufa*).
QVAL. acris, aromatica, amaricans, pungens *magis Zingibere*, fragrans. *Præſtans.*
VIS: calefaciens, ſtimulans, ſtomachica, emmenagoga, *rec.* ſternutatoria.
VSVS: Singultus! Vertigo! Vomitus navigantium, Colica lochialis! Herpes.
COMP. Orvietanum, Aqua vitæ *Matth.* Pulvis naſalis.

CVRCVMA.

75. CVRCVMA *longa* foliis lanceolatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 7. *Sp. pl.* 3.
Amomum Curcuma. *Jacq. hort.* 3. *t.* 4.
Manjella - kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 11. *Rumph. amb.* 5. *t.* 67.
LOC. Amboina, Malabaria, Zeylona. *Perennis, peregr.*
PHARM. CVRCVMAE Radix ℨj.
QVAL. amara, ſubaromatica, cibaria *Indis.* *Rarior.*
VIS: reſolvens, pellens, emmenagoga, urinaria luteo-tinctoria.
VSVS: Icterus! Cachexia, Hydrops, Scabies!
COMP.

KAEMPFERIA.

76. KAEMPFERIA *rotunda* foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 9. *Sp. pl.* 3.

[Amomum ſcapo nudo, ſpica laxa truncata. *Berg. mat. med.* 4.]

Malan-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 17. *t.* 9.

LOC. Zeylona, Malabaria. *Perennis*, *peregrina.*

PHARM. ZEDOARIAE LONGAE Radix, *Eſſentia*, ▽, ..ᔕ, ℴ°ℴ, Semina.

QVAL. ſubacris, aromatica, debile fragrans. *Frequens*, *præſtans.*

VIS: ſtimulans, calefaciens, nervina, ſtomachica, ſudorifera, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Hyſteria, Aſthma, Nauſea! Vermes!

COMP. Philonium. Acet. Theriacale. ▽ Prophylactica. Aqua vitæ.

SALICORNIA.

77. SALICORNIA *herbacea* patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. *Fl. ſuec.* 1. *Sp. pl* 5. *Baſter. ſubſec.* 2. *p.* 105. *t.* 50. *Fl. dan.* 303. *Pall. it.* 1. *p.* 479. *tab. A. f.* 1.

Kali geniculatum majus 1. *Bauh. pin.* 289.

LOC. Europa. *Annua*, *maritima*, *manſueta.*

PHARM. SODA, ⊖.

QVAL. ſalſa. *Culinaris*, *rarior.*

VIS: ſtimulans, diuretica, emmenagoga. (*Sal alcali fixum* corroſivum).

VSVS: Scabies, Abſceſſus, Scorbutus, Hyperſarcoſis.

COMP. Sapo venetus, Sal Seignette, Fel vitri.

CLAS-

76. Ex hac planta ZEDOARIAE ROTVNDAE rad. itidem colligi vulgo ſtatuitur. Sed hæc in noſtris officinis non proſtat.

77. SODAM e variis plantis maritimis ſalſisque conficiunt varii; uti ex *Meſembryanthemo* Aegyptii; *Chenopodio* Hiſpani, *Salſola* Angli; *Salicornia fruticoſa* Itali etc. quæ eundem fere uſum præſtant. Noſtratibus nulla aptior in hunc uſum planta, quam dicta.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

JASMINUM.

78. JASMINUM *officinale* foliis oppofitis pinnatis: foliolis diftinctis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upf* 5. *Sp. pl.* 9.

Jasminum vulgatius flore albo. *Bauh. pin.* 397.

LOC. India orientalis. *Arbufcula, manfueta.*

PHARM. JASMINI (*Florum*) ◎.

QUAL. fragrans. *Externa.*

VIS: narcotica, anodyna, uterina.

USUS: Dyftocia.

COMP. Pulvis Cyprius, Odoramenta.

OLEA.

79. OLEA *europæa* foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 4. *Sp. pl.* 11.

Olea fativa. *Bauh. pin.* 472.

LOC. Hifpania, Gallia, Italia (cœlo temperato). *Arbor, manfueta, fterilis.*

PHARM. OLIVAE (*Fructus*) conditæ, (()).

QUAL. (()) pingue, blandum, infipidum, inodorum; *Condit.* aufteræ. *Culinaris.*

VIS: (()) obtundens, emolliens, leniens, relaxans. *Condit.* tonica, ftomachica.

USUS: Venena! [Pleuritis, Nephritis, Enteritis,] Dyfenteria, Tenesmus, Colica, Rheumatismus, Tuffis, Morfura canis rabidi.

COMP.

78. Hi flores fuccedanei funt NYCTANTHIS, cumque nec JASMINI flores ex hortis noftris fufficiant, ab auftraliori Europa petuntur: et ubi hi deficiunt, PHILADELPHI flores fumantur.

VERONICA.

80. VERONICA *officinalis* ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Fl. ſuec.* 12. *Sp. pl.* 14. *Fl. dan. t.* 248.

Veronica mas ſupina et vulgatiſſima. *Baub. pin.* 252.

LOC. Europæ ſylvæ aridæ. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VERONICAE Herba; *Conſerva, Syrupus,* ▽.

QVAL. ſubſtyptica. *Trita.*

VIS: ſubadſtringens, vulneraria, tonica, pectoralis.

VSVS: Cachexia, Aſthma, Tuſſis.

COMP.

81. VERONICA *Beccabunga* racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. ſuec.* 14. *Sp. pl.* 16. *Fl. dan. t.* 511.

Anagallis aquatica major (et minor), folio ſubrotundo. *Baub. pin.* 252.

LOC. Europæ ſcaturigines. *Perennis, frequens.*

PHARM. BECCABVNGAE Herba, *Conſerva, Aqua.*

QVAL. ſubinſipida, inodora, oleracea. *Rarior, ſuperflua.*

VIS: diuretica? diſcutiens?

VSVS: Scorbutus.

COMP.

GRATIOLA.

82. GRATIOLA *officinalis* floribus pedunculatis, foliis lanceolatis ſerratis. *Sp. pl.* 24. *Fl. dan. t.* 363.

Gratiola centauroides. *Baub. pin.* 279.

LOC. Europa auſtralior. *Perennis, paluſtris, manſueta.*

PHARM. GRATIOLAE Herba ʒj.

QVAL. amara, nauſeoſa. *Eximia, cauta.*

VIS: purgans, vomitoria, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Dyſenteria, Hydrops.

COMP. Enemata.

VER-

VERBENA.

83. VERBENA *officinalis* tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. *Hort. cliff.* 11. *Fl. suec.* 30. *Sp. pl.* 29. *Fl. dan. t.* 628.

Verbena communis flore cæruleo. *Baub. pin.* 269.

LOC. Europa australior, Scania. *Annua, cicur.*

PHARM. VERBENAE Herba, ▽.

QVAL. subinsipida, inodora. *Dubia, exoleta.*

VIS: adstringens, vulneraria,

VSVS: Ophthalmia? Magia?

COMP.

MONARDA.

84. MONARDA *fistulosa* capitulis terminalibus, caule obtusangulo. *Sp. pl.* 32.

Monarda mollis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 399.

LOC. Canada. *Perennis, cicur.*

PHARM. MONARDAE Herba.

QVAL. spirans, amara. *Inusitata, eximia.*

VIS: resolvens, nervina, tonica.

VSVS: Febres intermittentes!

COMP.

ROSMARINVS.

85. ROSMARINVS *officinalis. Hort. cliff.* 14. *Hort. upf.* 11. *Sp. pl.* 33.

Rosmarinus hortensis angustiore, et spontaneus latiore folio. *Baub. pin.* 217.

LOC. Gallia narbonensis, Hispania. *Frutex, mansuetus.*

PHARM. RORIS MARINI HISPANICI f. HORTENSIS Herba, ▽, ℴ°ℴ, Semina.

ANTHOS Flores, *Conserva*, ⎍ (*aqua Reg. Hung.*)

QVAL. spirans, calida. *Usitata, heroica.*

 VIS:

VIS: excitans, nervina, tonica, cephalica, ſtomachica, reſolvens, emmenagoga.
VSVS: Syncope, Aſthma, Hyſteria, Chloroſis, Apoplexia, Tertiana.
COMP. Mel anthoſatum,

SALVIA.

86. SALVIA *officinalis* foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upſ.* 10. *Sp. pl.* 34.
Salvia major. *Baub. pin.* 237.
LOC. Italia, Narbona. *Perennis, olitoria, cicur.*
PHARM. SALVIAE Herba, ▽, ⊓, °°°, Fl. Sem.
QVAL. ſpirans, amaricans. *Frequens, præſtans.*
VIS: adſtringens, tonica, nervina, ſtomachica, uterina.
VSVS: Timor, Languor, Leucorrhœa, Senectus.
COMP. ♁ ſternutatorius viridis.

87. SALVIA *Horminum* foliis obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus coloratis. *Virid. cliff.* 4. *Sp. pl.* 34.
Horminum ſativum. *Baub. pin.* 238.
LOC. Apulia, Græcia. *Perennis, cicur.*
PHARM. HORMINI Semina.
QVAL. ſpirans, amaricans, mucilaginoſa.
VIS: inviſcans.
VSVS: Ophthalmia.
COMP.

88. SALVIA *Sclarea* foliis rugoſis cordatis oblongis villoſis ſerratis: bracteis coloratis calyce longioribus concavis acuminatis. *Hort. upſ.* 10.
Horminum ſclarea dictum. *Baub. pin.* 208.
LOC. Syria, Italia. *Biennis, olitoria, manſueta.*

PHARM.

PHARM. SCLAREAE (GALLITRICHI) Herba.
QVAL. ſpirans. *Rarior.*
VIS: fortior Salvia officinali, ſtimulans, exhilarans, ſternutatoria, reſolvens.
VSVS: Leucorrhœa, Hyſteria, Colica.
COMP.

COLLINSONIA.

89. COLLINSONIA *canadenſis. Hort. cliff.* 14. *t.* 5. *Sp. pl.* 39. *Schœpf. mat. med.* 7.
LOC. Virginia, Canada. *Perennis, manſueta.*
PHARM. COLLINSONIAE Radix.
QVAL. nidoroſa.
VIS:
VSVS: Colica lochialis.
COMP.

TRIGYNIA.

PIPER.

90. PIPER *nigrum* foliis ovatis ſubſeptinerviis glabris, petiolis ſimpliciſſimis. *Fl. zeyl.* 26. *Sp. pl.* 40.
Malago-Codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 23. *t.* 12.
LOC. India orientalis. *Frutex, peregrinus.*
PHARM: PIPERIS NIGRI Fructus, ₒ°ₒ, ◎.
ALBI Fructus.
QVAL. acris, aromatica, fervida. *Culinaris.*
VIS: calefaciens, ſtimulans, ſtomachica, ſingultuoſa, ſternutatoria, aphrodiſiaca, exanthematica.
VSVS: Tertiana, Odontalgia, Prolapſus uvulæ, Pediculi.
COMP. Andromach. Mithridat. Diaphœnic. *El.* bacc. lauri.

91. PI-

91. PIPER *longum* foliis cordatis petiolatis sessilibusque. *Fl. zeyl.* 30. *Sp. pl.* 41.
Cattu-Tirpali. *Rheed. mal.* 7. *p.* 27. *t.* 14.
LOC. India orientalis. *Frutex*, *peregrinus.*
PHARM. PIPERIS LONGI Fructus.
QVAL. acris, aromatica, fervida.
VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, singultuosa.
VSVS: Tertiana, Flatulentia.
COMP.

92. PIPER *Cubeba* foliis oblique ovatis oblongisve venosis acutis, spica solitaria pedunculata oppositifolia, fructibus pedicellatis. *Suppl. pl.* 90. *Syst. veg.* 14. *p.* 74.
Cubebe vulgaris. *Bauh. pin.* 412. *Barbara.*
LOC. Java.
PHARM. CVBEBAE Fructus, ⁂.
QVAL. acris, aromatica, fervida.
VIS: stimulans, calefaciens, carminativa, sialagoga.
VSVS: Vertigo, Morosis.
COMP.

CLAS-

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA.

93. VALERIANA *officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Fl. ſuec.* 34. *Sp. pl.* 45. *Fl. dan. t.* 570.

Valeriana ſylveſtris major. *Baub. pin.* 164.

LOC. Europæ prata paludoſa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VALERIANAE SYLVESTRIS (MINORIS) Radix ℥ij.

QVAL. hircoſo-felina, amaricans. *Præſtans.*

VIS: narcotica, antiſpasmodica, ſudorifera, diuretica, purgans, [emmenagoga, anthelminthica.]

VSVS: Epilepſia, Convulſiones, Hyſteria, [Hemicrania, Viſus hebetudo,] Hæmoptyſis, Vlcus.

COMP.

94. VALERIANA *Phu* floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis. *Hort. upſ.* 13. *Sp. pl.* 45.

Valeriana hortenſis. *Baub. pin.* 164.

LOC. Alſatia, [Ruſſia.] *Perennis, cicur.*

PHARM. PHV (VALERIANAE MAJORIS) Radix, Herba.

QVAL. antecedentis. *Exoleta.*

VIS: antecedentis, vulneraria.

VSVS: antecedentis.

COMP. Andromach. Mithridatium.

95. VALERIANA *celtica* floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtuſis integerrimis. *Sp. pl.* 46.

Nardus celtica dioſcoridis. *Baub. pin.* 165.

LOC.

LOC. Helvetiæ, Carinthiæ, Styriæ, Liguriæ, Genuæ Alpes. *Perennis, peregrina.*

PHARM. SPICAE CELTICAE Radix, Flores.

QVAL. fragrans, acris, aromatica (plantæ fere emarcidæ). *Rarior.*

VIS: antiſpasmodica, diuretica, anthelminthica.

VSVS:

COMP. Andromach. Mithridat. *Empl.* Meliloti.

TAMARINDVS.

96. TAMARINDVS *indica. Rumph. amb.* 2. *p* 90. *t.* 23. *Hort. cliff.* 18. *Sp. pl.* 48. *Jacq. amer.* 10.

Balam-pulli. *Rheed. mal* 1. *p.* 39. *t.* 23.

LOC. India utraque, Aegyptus, Arabia. *Arbor, fera.*

PHARM. TAMARINDI Fructus, Pulpa ℥ij.

QVAL. acida, ſubnauſeoſa. *Eximia.*

VIS: eccoprotica, refrigerans.

VSVS: Febres phlogiſticæ, putridæ, [Diarrhœa, Dyſenteria, Icterus.]

COMP. *Elect.* cathol. *Elect.* lenitiv: *Conf.* hamech.

CROCVS.

97. CROCVS *ſativus: officinalis* ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo. *Sp. pl.* 50.

Crocus ſativus. *Bauh. pin.* 65. Crocus alpinus autumnalis. *C. B.*

LOC. Helvetiæ, Pyrenæorum, Luſitaniæ, Thraciæ Alpes. *Perennis, cicur.*

PHARM. CROCI ORIENTALIS (Stigma) ℈iß.
BRITANNICI (Stigma) pulvis ʒß,
Tinct. ℈iß, *Extractum* gr. XV.

QVAL. fragrans, ſubaromatica, luteo-tinctoria. *Culinaris, heroica.*

VIS: anodyna, antiſpasmodica, hypnotica, exhilarans, reſolvens, uterina, pellens, emmenagoga, exanthematica, urinaria, lactaria.

VSVS:

VSVS: Colica lochialis, Vomitus, Tuſſis, Dyſenteria, Dyſuria, Dysmenorrhœa. Dyslochia, Aſthma, Icterus, Contuſura, Ophthalmia.

COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Benedict. Orvietan. Hiera. *Confect.* hyacinth; ♃ Comitiſſ. *Troch.* Carabe; Laudan; *Elix.* propriet; *Pil.* ammon; *Pil.* ruffi: *Pil.* cynogloſſ; ◎ Scorp. mag. *Vng.* aureum. *Empl.* Oxycroc. *Empl.* melilot. *Empl.* galban. *Empl.* diachyl. *compoſ.*

IRIS.

98. IRIS *florentina* corollis barbatis, caule foliis altiore ſubbifloro, floribus ſeſſilibus. *Sp. pl.* 55. *Mill. ic.* 154. [*Thunb. diſſ.* 4. 9.]

Iris alba florentina. *Bauh. pin.* 31.

LOC. Italia. *Perennis, manſueta.*

PHARM. IREOS FLORENTINAE Radix.

QVAL. fragrans, acriuſcula, amaricans. *Frequens.*

VIS: incidens, expectorans, errhina, eccoprotica.

VSVS: Tuſſis, Hydrops. [Tormina infant.]

COMP. Andromach. *Species* DiaIreos. *Troch.* becchici. ♃ ſternutorius. *Vngu.* pomatum.

99. IRIS *germanica* corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Hort cliff.* 18. *Hort. upſ.* 16. *Sp. pl.* 55. [*Thunb. diſſ.* 4. 11.]

Iris vulgaris germanica ſ. ſylveſtris. *Bauh. pin.* 30.

LOC. Germaniæ, Galliæ clivoſa. *Cicur.*

PHARM. IREOS NOSTRATIS Radix, *Fæculæ.*

QVAL. acris. *Heroica.*

VIS: diuretica! hydragoga, ſubemetica, emmenagoga, errhina.

VSVS: Hydrops! Oedema.

COMP.

100. IRIS *Pſeudo-Acorus* corollis inberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. *Fl. ſuec.* 37. *Sp. pl.* 57. *Fl. dan.* 494.

Acorus adulterinus. *Baub. pin.* 34.

LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM. ACORI PALVSTRIS Radix.

QVAL. inſipida, ſubſtyptica. *Rarior.*

VIS: adſtringens.

VSVS: Stomacace.

COMP. *Elect.* Diacori.

101. IRIS *foetidiſſima* corollis imberbibus: petalis interioribus patentiſſimis, caule uniangulato, foliis enſiformibus. *Sp. pl.* 57. *Hudſ. angl.* 14.

Gladiolus fœtidus. *Baub. pin.* 30.

LOC. Gallia, Anglia, Italia. *Perennis.*

PHARM. XYRIDIS ſ. SPATHVLAE FOETIDAE Radix.

QVAL. tetra, fœtida, acris. *Exoleta.*

VIS: narcotica, antiſpasmodica, purgans, pellens.

VSVS: Hyſteria, Scrophula.

COMP.

102. IRIS *tuberoſa* corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. cliff.* 6? *Sp. pl.* 58.

Colchicum radice ſiccata alba. *Baub. pin.* 69.

LOC. Syria, Arabia. *Perennis, manſueta.*

PHARM. HERMODACTYLI Radix ℥ij.

QVAL. inodora, dulceſcens, acris. *Dubia.*

VIS: purgans, mundificans.

VSVS: Rheumatismus, Amauroſis.

COMP. Benedict. ♁ Artheticus, *Extr.* panchymagog.

CYPE-

120. Rad. HERMODACTYLI. Magnus olim Botanicus *Tournefort*, qui plagas orientales ipſemet peragravit, hujus matrem eſſe *Iridem tuberoſam*; ſed recentiores, ut *Millerus* et alii, volunt eſſe *Colchicum illyricum*, idem confirmante *Forſkohlio*. [Conf. *Spielm. mat. med.* p. 635.]

CYPERVS.

103. CYPERVS *longus* culmo triquetro folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita, pedunculis nudis, ſpicis alternis *Roy. lugdb.* 50. *Sp. pl.* 67.

Cyperus odoratus, radice longa ſ. Cyperus officinarum. *Bauh. pin.* 14. *Scheuch. hiſt.* 378. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 237. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 13.

LOC. Galliæ, Italiæ paludes. *Perennis, manſueta.*

PHARM. CYPERI LONGI Radix.

QVAL. fragrans, amaricans, calida. *Exoleta.*

VIS: diuretica, emmenagoga.

VSVS: Vlcera uteri, veſicæ, oris.

COMP.

104. CYPERVS *rotundus* culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita, ſpicis alternis linearibus. *Fl. zeyl.* 36. *Sp. pl.* 67.

Cyperus orientalis major. *Bauh. pin.* 13. *theatr.* 208. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 236. *t.* 11. *f.* 2.

LOC. Aegyptus, Syria. *Perennis, peregrina.*

PHARM. CYPERI ROTVNDI Radix.

QVAL. fragrans, amaricans, calida. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: antecedentis, debilior.

VSVS:

COMP. *Troch.* capparidis; *Empl.* meliloti.

DIGYNIA.

SACCHARVM.

105. SACCHARVM *officinarum* floribus paniculatis, foliis planis. *Hort. cliff.* 26. *Hort. upſ.* 19. *Sp. pl.* 79.

Arundo ſaccharifera. *Bauh. pin.* 18. *Sloan. jam.* 1. *p.* 108. *t.* 66. *Rumph. amb.* 5. *p.* 186. *t.* 74. *f.* 1.

LOC.

104. CYPERVS *rotundus* ſi idem cum Cypero orientali, radice olivari, ſpicis longis e ſpadiceo purpuraſcentibus *Scheuch. gram.* 391. tum certe ſynonymos eſt Cyperus. *Fl. zeyl.* 36.

LOC. Indiæ utriusque inundata. *Perennis, fera.*

PHARM. SACCHARVM *Canarienſe, candidum, album, rubrum, Farinaceum, album, griſeum, Penidium, Perlatum, Rubrum. Syrupus.*

QVAL. dulciſſima, inodora, mitiſſima. *Culinaris, uſitatiſſima.*

VIS: edulcorans, relaxans, calefaciens, expectorans, vulneraria, antiſeptica, nutriens.

VSVS: [Raucedo, Tuſſis, Pannus.]

COMP. *Omnes* Confectiones, Condita, Conſervæ, Syrupi.

PHALARIS.

106. PHALARIS *canarienſis* panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. *Hort. upſ.* 19. *Sp. pl.* 79. *Schreb. gram.* 1. *p.* 83. *t.* 10. *f.* 2.

Phalaris major, ſemine albo. *Bauh. pin.* 28. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 186. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 1.

LOC. Canariæ, Hetruria, Hiſpania. *Annua, cicur.*

PHARM. CANARIENSE Semen.

QVAL. farinacea. *Superflua.*

VIS: nutriens.

VSVS: Aviculis.

COMP.

PANICVM.

107. PANICVM *miliaceum* panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervoſis. *Hort. cliff.* 27. *Hort. upſ.* 20. *Sp. pl.* 86.

Milium ſemine luteo et albo. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 502.

LOC. India. *Annuum, cicur.*

PHARM. MILII Semina.

QVAL. farinacea, inſipida. *Culinaris, ſuperflua.*

VIS: nutriens, flatulenta.

VSVS:

COMP.

AVE-

AVENA.

108. AVENA *fativa* paniculata, calycibus difpermis, feminibus lævibus. *Hort. cliff.* 25. *Hort. upf.* 20. *Sp. pl.* 118.

Avena nigra et alba. *Bauh. pin.* 23. *theatr.* 469.

LOC. Afia. *Annua, cerealis, frequentiffima.*

PHARM. AVENA excorticata.

QVAL. farinacea, infipida. *Vfitatiffima.*

VIS: refrigerans magis quam Hordeum.

VSVS: Febres.

COMP.

HORDEVM.

109. HORDEVM *diftichum* flofculis lateralibus mafculis muticis, feminibus angularibus imbricatis. *Hort. upf.* 23. *Sp. pl.* 125.

Hordeum diftichum. *Bauh. pin.* 23. *theatr.* 440.

LOC. *Annuum, cereale, vulgare.*

PHARM. HORDEVM mundatum, excorticatum, perlatum. *Acetum vulgare*, ⎍, (deftillatum). Cerevifia *antiqua*, *gedanenfis* (Pryfling.)

QVAL. farinacea, infipida. *Culinaris.*

VIS: nutriens, refrigerans. *Aceti* refolvens, refrigerantiffima.

VSVS: + Inflammatio, *Cerevif.* Contufura.

COMP. *Loboc* hordeatum. *Syrupus* acetofus.

TRITICVM.

110. TRITICVM *hybernum* calycibus quadrifloris ventricofis lævibus imbricatis fubmuticis. *Hort. upf.* 21. *Sp. pl.* 126.

VIS: resolvens, vulneraria, narcotica, vomitoria, purgans, diuretica, emmenagoga, errhina, repellens.

VSVS: Epilepsia, Sugillatio, Casus ab alto, [Paralysis, Amaurosis, Quartana.]

COMP.

DORONICVM.

530. DORONICVM *pardalianches* foliis cordatis obtusis denticulatis radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 1247. *Jacq. austr.* 4. *t.* 350.

Doronicum radice scorpii. *Bauh. pin.* 184.

LOC. Alpes Vallesiæ, Genevæ, Thuiri. *Perennis, cicur.*

PHARM. DORONICI Radix.

QVAL. aromatica, dulcis, sapida. *Exoleta, dubia.*

VIS: subvenenata? Arnicæ.

VSVS: Colica, Vertigo?

COMP.

BELLIS.

531. BELLIS *perennis* scapo nudo. *Fl. suec.* 761. *Sp. pl.* 1248. *Fl. dan. t.* 503.

Bellis sylvestris minor. *Bauh. pin.* 261.

LOC. Europæ pascua aprica. *Perennis, cicur.*

PHARM.

350. [Var. β. Doronicum latifolium *Clus.* quam icon Jacquiniana exhibet, sumendam esse, monet *Pharmacopœa austr. prov. p.* 34.]

PHARM. BELLIDIS MINORIS Flores.
QVAL. inodora, ſtyptica. *Trita, inſida, ſtabliana.*
VIS: reſolvens? vulneraria, eccoprotica.
VSVS: Hectica? Peripneumonia? Hæmorrhagia? Hypochondriaſis?
COMP.

CHRYSANTHEMVM.

532. CHRYSANTHEMVM *Leucanthemum* foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis, inferne dentatis. *Fl. ſuec.* 763. *Sp. pl.* 1251.

Bellis ſylveſtris, caule folioſo, major. *Baub. pin.* 261.
LOC. Europæ prata. *Perennis, frequens.*
PHARM. BELLIDIS PRATENSIS Herba.
QVAL. ſubacris, penetrans, piperata *in decocto. Exoleta.*
VIS: diuretica, vulneraria.
VSVS: Phthiſis, Aſthma, Tinea.
COMP.

MATRICARIA.

533. MATRICARIA *Parthenium* foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Hort. cliff.* 416. *upſ.* 263. *Sp. pl.* 1255. *Fl. dan. t.* 674.

Matricaria vulgaris ſ. ſativa. *Baub. pin.* 133.
LOC. Europæ auſtralioris ruderata. *Subperennis, cicur.*
PHARM. MATRICARIAE Herba, ▽, ☍, Flores.
QVAL. amara, nidoroſa halituoſa. *Vſitata, præſtans.*
VIS: anodyna, tonica, ſtomachica emmenagoga, lactifuga.
VSVS: Anorexia, Iliaca infantum, Colica, Hemicrania, Clavus, Hyſteria!
COMP. *Syr.* Artemiſiæ compoſitus, *Empl.* ranar. mercuriale.

534 MATRICARIA *Chamomilla* receptaculis conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine æqualibus. *Fl. ſuec.* 764. *Sp. pl.* 1256.

Chamæmelum vulgare, Leucanthemum dioſcoridis. *Bauh. pin.* 135.

LOC. Europæ agri, ruderata. *Annua, vulgaris.*

PHARM. CHAMOMILLAE NOSTRATIS Herba, *Syrupus*, ▽, ◎, °°° *cœrul.* Flores ℥ß.

QVAL. amara, odorata. *Trita, præſtans.*

VIS: emolliens?

VSVS: Tertiana, Cardialgia, Colica, Vomitus gravidarum, Calculus, Dyſuria.

COMP. Balnea, Pediluvia, Clyſteres, Cataplaſmata.

ANTHEMIS.

535. ANTHEMIS *nobilis* foliis pinnato-compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. *Sp. pl.* 1260.

Chamæmelum nobile ſ. Leucanthemum odoratius. *Bauh. pin.* 135.

LOC. Europæ paſcua aprica. *Annua, cicur.*

PHARM. CHAMOMILLAE ROMANAE Herba, °°°, Flores.

QVAL. amara, ſuaveolens. *Trita, eximia.*

VIS: balſamica, paregorica, antiſpasmodica, emmenagoga, carminativa, emolliens?

VSVS: Nephritis, Tertiana, Colica, Colica puerperarum, Hyſteria, Calculus.

COMP. *Clyſteres* emollientes.

536. ANTHEMIS *Cotula* receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *Fl. ſuec.* 767. *Sp. pl.* 1261.

Chamæmelum fœtidum. *Bauh. pin.* 135.

LOC. Europæ viæ, agri. *Annua, vulgaris.*

PHARM.

536. *Cotula fœtida* omiſſa eſt inter officinalia noſtra.

PHARM. COTVLAE FOETIDAE Herba, Flores.
QVAL. fœtida, amara. *Inuſitata, eximia.*
VIS: anodyna, pellens, repellens.
VSVS: Hyſteria! Epilepſia, Hydrops, Scrophula, Aſthma.
COMP.

537. ANTHEMIS *Pyrethrum* caulibus ſimplicibus unifloris decumbentibus, foliis pinnato-multifidis. *Hort. cliff.* 414. *upſ.* 263. *Sp. pl.* 1262. *Mill. fig. t.* 39.
Buphthalmum creticum, cotulæ facie, flore luteo et albo. *Breyn. cent.* 150. *t.* 75.
LOC. Tunetanum regnum. *Perennis, manſueta.*
PHARM. PYRETHRI VERI Radix, *condita.*
QVAL. acris, penetrantiſſima. *Rarior, præſtans.*
VIS: incidens, errhina, ſialagoga, ſophiſticans.
VSVS: Odontalgia, Paralyſis linguæ, Dolor pectoris.
COMP. Philonium.

ACHILLEA.

538. ACHILLEA *Ageratum* foliis lanceolatis obtuſis acute ſerratis. *Hort. cliff.* 413. *upſ.* 265. *Sp. pl.* 1264.
Ageratum foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 221.
LOC. Liburnum, Florentia, Monſpelium.
Perennis, ſubcicur.
PHARM. AGERATI Herba.
QVAL. amara, ſuaveolens, aromatica. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: viſceralis?
VSVS: Vulnus.
COMP.

539. ACHILLEA *Ptarmica* foliis lanceolatis acuminatis argute ſerratis. *Sp. pl.* 1266. *Fl. dan. t.* 643.

 Dracun-

537. [Genuinum *Pyrethrum* raro in pharmacopoliis deprehenditur; ejus loco plerumque *Achilleæ Ptarmicæ* rad. proſtat.]

Dracunculus pratenſis, ſerrato folio. *Baub. pin.* 98.
LOC. Europa auſtralis. *Perennis, cicur.*
PHARM. PTARMICAE Radix, Herba, Flores.
QVAL. acris, inodora. *Exoleta*, Hb. Fl. *ſuperflua.*
VIS: ſialagoga, errhina, ſternutatoria, vulneraria.
VSVS: Odontalgia.
COMP.

540. ACHILLEA *Millefolium* foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. *Fl. ſuec.* 770. *Sp. pl.* 1267. *Fl. dan. t.* 737.
Millefolium vulgare album. *Baub. pin.* 140.
LOC. Europæ prata, paſcua. *Perennis, frequens.*
PHARM. MILLEFOLII Herba, *Eſſentia*, *Extractum*, ▽, ℴℴ.
QVAL. amaricans, nidoroſa. *Stabliana, trita.*
VIS: narcotica, inebrians, tonica, ſiſtens evacuationes, vulneraria.
VSVS: Hypochondriaſis, Hæmorrhois, Hæmoptyſis, Vulnus.
COMP.

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

CENTAVREA.

541. CENTAVREA *Cyanus* calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. *Fl. ſuec.* 776. *Sp. pl.* 1289.
Cyanus ſegetum (flore cæruleo). *Baub. pin.* 273.
LOC. Europæ agri. *Annua, vulgaris.*
PHARM. CYANI Flores, ▽.
QVAL. cærulea. *Exoleta, infida, ſuperflua.*
VIS: ophthalmica?

VSVS:

VSVS: tinctorius.

COMP.

542. CENTAVREA *Beben* calycibus fcariofis, foliis radicalibus lyratis: lobis oppofitis; caulinis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 1292.

Rhaponticoides lutea, foliis inferioribus diffectis, ceteris carthami. *Vaill. act. parif.* 1718. *p.* 229.

LOC. Libanus. *Perennis, peregrina.*

PHARM. BEHEN ALBI Radix.

QVAL. odorata, acris. *Exoleta, dubia, fuperflua.*

VIS: corroborans, cordialis.

VSVS: Tremor.

COMP.

543. CENTAVREA *benedicta* calycibus duplicato-fpinofis lanatis involucratis, foliis femidecurrentibus denticulato-fpinofis. *Sp. pl.* 1296.

Carduus fylveftris hirfutus five Carduus benedictus. *Bauh. pin.* 378.

LOC. Agri in Lemno, Chio. *Annua, cicur.*

PHARM. CARDVI BENEDICTI Herba, *Conferva*, ▽, ✝, Flores, Semina.

QVAL. amariffima. *Vfitata, præftans.*

VIS: balfamica, antacida, tonica, pellens, fudorifera, diuretica, fubemetica, eccoprotica.

VSVS: Anorexia, Cachexia, Arthritis, Vertigo, Hemicrania, Tertiana, Pleuritis, Peftis, Sugillatio.

COMP.

544. CENTAVREA *Calcitrapa* calycibus fubduplicato-fpinofis feffilibus, foliis pinnatifidis linearibus dentatis, caule pilofo. *Hort. upf.* 273.* *Sp. pl.* 1297.

 Car-

Carduus ſtellatus, foliis papaveris erratici. *Bauh. pin.* 387.
LOC. Germania, Helvetia, Anglia ad vias. *Annua, cicur.*
PHARM. CALCITRAPAE Radix.
QVAL. amara. *Inſueta.*
VIS: balſamica, tonica.
VSVS: Febres intermittentes!
COMP.

POLYGAMIA NECESSARIA.

CALENDVLA.

545. CALENDVLA *officinalis* ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus. *Sp. pl.* 1304.
Caltha vulgaris. *Bauh. pin.* 275.
LOC. Europæ auſtralis arva. *Annua, cicur.*
PHARM. CALENDVLAE Herba, Flores, *Conſerva*, ▽, ☩, Semina.
QVAL. amara, ſubnarcotica, flava, crepitans. *Trita, præſtans.*
VIS: pellens, emmenagoga, ſudorifera, exanthematica.
VSVS: Ophthalmia, Vertigo, Febres exanthematicæ.
COMP.

MONOGAMIA.

LOBELIA.

546. LOBELIA *ſyphilitica* caule erecto, foliis ovato - lanceolatis ſubſerratis, calycum ſinubus reflexis.

546. Alia Americanorum contra Syphilitidem ſpecifica ſunt:
ECHITES *Syphilitica*. Infuſum.
EVPHORBIA *caneſcens*. Decoctum.
STILLINGIA *ſylvatica*. Flores. etc.
Lacteſcentes, Campanaceæ et Contortæ fere omnes diureticæ et mundificantes præſtantiores cenſentur Indis; inde contra Syphilitidem laudantur. *Suppl. pl.* 393.

flexis. *Hort. cliff.* 426. * *Amœn. acad.* 4. *p.* 527. * *Sp. pl.* 1320.

Rapunculus americanus, flore dilute cæruleo. *Dodart. mem.* 297.

LOC. Virginiæ ſylvæ aridæ, lutoſæ. *Perennis, manſueta.*

PHARM. LOBELIAE Radix.

QVAL. lacteſcens, acris, nauſeoſa. *Eximia.*

VIS: pellens, purgans, emetica.

VSVS: Syphilis!

COMP.

VIOLA.

547. VIOLA *odorata* acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Fl. ſuec.* 784. *Sp. pl.* 1324. *Fl. dan. t.* 309.

Viola martia purpurea, flore ſimplici odoro. *Bauh. pin.* 199.

LOC. Europa auſtralior. *Perennis, cicur.*

PHARM. VIOLAE Flores (corollæ *rectius*), *Conſerva*, *Syrupus*, *Julepus*, *Saccharum*, *Mel*, ◎, Semina.

VIOLARIAE Herba.

QVAL. *Flor.* fragrans. *Trita, præſtans.*

VIS: *Fl.* anodyna; *Hb.* emolliens; *Rad.* purgans? emetica? *Sem.* diuretica, emetica; *Syrup.* refrigerans.

VSVS: *Sem.* Calculus;] *Syr.* Raucedo, Tuſſis, Exanthemata.

COMP. *Sem.* IV cordial. Enemat.

548. VIOLA *Ipecacuanha* foliis ovalibus margine ſubtusque piloſis. *Syſt. nat.* 13. *p.* 669. *Amœn. acad.* 8. *p.* 238.

Viola grandiflora, veronicæ folio villoſo. *Barr. æquin.* 113.*
Pombalia Ipecacuanha. *Vandell. faſc. p.* 7. *t.* 1.
LOC. Americæ meridionalis ſylvæ humidæ.
Fruteſcens, peregrina.
PHARM. IPECACVANHAE ALBAE? Radix ℈ij.
QVAL. inodora, leviſſime pungens.
VIS: emetica, tonica, purgans, ſudorifera.
VSVS: Febres, Diarrhœa, Dyſenteria, Leucorrhœa, Hæmorrhagia uteri.
COMP.



CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

ORCHIS.

549. ORCHIS *bifolia* bulbis indivifis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiffimo, petalis patentibus. *Fl. fuec.* 793. *Sp. pl.* 1331.

Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo. *Bauh. pin.* 83.

LOC. pafcua dura Europæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. SATYRII Radix, *condita.*

QVAL. hircina, mucilaginofa.

VIS: anodyna, exhilarans, invifcans, obtundens, aphrodifiaca, analeptica.

VSVS: Sterilitas, Atecnia, Tabes, Dyfenteria.

COMP. *Conf.* diafatyr.

550. ORCHIS *Morio* bulbis indivifis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtufo adfcendente, petalis obtufis conniventibus. *Fl. fuec.* 794. *Sp. pl.* 1333. *Fl. dan. t.* 457.

Orchis morio mas, foliis non maculatis. *Vaill. parif.* 151. *quæ Buxb. cent.* 3. *t.* 5.

LOC. Europæ, Orientis fylvæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. SALEP Radix.

QVAL. hircina, mucilaginofa.

VIS: invifcans, lubricans, nutriens, aphrodifiaca.

VSVS: Atecnia! Dyfenteria, Vlcus veficæ, Excoriatura inteftinorum.

COMP.

550. [SALEP rad. æque bona obtinetur ex *Orch. mafcula, militari* aliisque.

EPIDENDRVM.

551. EPIDENDRVM *Vanilla* ſcandens, foliis ovato-oblongis nervoſis ſeſſilibus caulinis, cirrhis ſpiralibus. *Roy. lugdb.* 13. *Sp. pl.* 1347. *Plum. ic.* 188. [*Aublet. guian.* 821. *ſuppl.* 77.]

Vanilla piperis arbori jamaicenſis innaſcens. *Pluk. alm.* 381. *t.* 320. *f.* 1.

LOC. Indiæ utriusque arbores. *Paraſitica, frutex.*

PHARM. VANILLAE Siliqua ℥ß.

QVAL. pinguis, ambroſiaca. *Rarior, eximia.*

VIS: caleſaciens, corroborans, cephalica, diuretica, aphrodiſiaca.

VSVS: Melancholia, Atecnia.

COMP. Chocolata.

HEXANDRIA.

ARISTOLOCHIA.

552. ARISTOLOCHIA *trilobata* foliis trilobis, caule volubili, floribus maximis. *Sp. pl.* 1361. *Jacq. obſ.* 1. *p.* 8. *t.* 3. *Berg. mat.* 448.

Ariſtolochia folio hederaceo trifido, flore maximo, radice repente. *Barr. æqu.* 16.

LOC. America meridionalis. *Frutex, ferus.*

PHARM. ARISTOLOCHIAE TRILOBATAE Stipites.

QVAL. aromatica, amaricans, *diu durans.*

VIS: alexiteria, ſudorifera.

VSVS: Morſura ſerpentum, Febres.

COMP.

553. ARISTOLOCHIA *Serpentaria* foliis cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuoſis teretibus, floribus ſolitariis. *Sp. pl.* 1363.

Ariſto-

Ariſtolochia Piſtolochia ſ. Serpentaria virginiana, caule nodoſo. *Pluk. alm.* 50. *t.* 148. *f.* 5. *Catesb. carol.* 1. *t.* 29.

LOC. Virginia, Carolina. *Perennis, manſueta.*

PHARM. SERPENTARIAE VIRGINIANAE Radix ʒß. *Eſſentia.*

QVAL. acris, hircoſa odore valerianæ. *Trita, eximia.*

VIS: pellens, diaphoretica, exanthemathica, alexiteria, diuretica, anthelminthica.

VSVS: Febres intermittentes, exanthematicæ, Morſura.

COMP. ♃ comit. Kent.

554. ARISTOLOCHIA *rotunda* foliis cordatis ſubſeſſilibus obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 432. *Sp. pl.* 1364.

Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro. *Bauh. pin.* 307.

LOC. Italia, Hiſpania, G. Narbonenſis. *Perennis, manſueta.*

PHARM. ARISTOLOCHIAE ROTVNDAE Radix.

QVAL. fœtida, aromatica, amara, acris, exurens. *Vſitata, præſtans.*

VIS: calefaciens, incidens, pellens, vomitoria, diuretica, emmenagoga, abortiva, repellens, vulneraria.

VSVS: Cachexia, Chloroſis! Podagra, Scabies, Fiſtula, Sarcoma, Cacoëthes.

COMP. *Theriac.* alexipharm. *Troch.* capparidis.

555. ARISTOLOCHIA *longa* foliis cordatis petiolatis integerrimis obtuſiuſculis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Sp. pl.* 1364.

Ariſtolochia longa vera. *Bauh. pin.* 307.

LOC. Europa auſtralis. *Perennis, manſueta.*

PHARM.

PHARM. ARISTOLOCHIAE LONGAE Radix.
QVAL. præcedentis.
VIS: præcedentis.
VSVS: præcedentis.
COMP. Andromach. *Vngu.* apoſtolor. *Empl.* manus Dei.

556. ARISTOLOCHIA *Clematitis* foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Hort. upſ.* 279. *Sp. pl.* 1364.
Ariſtolochia clematitis recta. *Bauh. pin.* 307.
LOC. Gallia auſtralis. *Perennis*, *cicur.*
PHARM. ARISTOLOCHIAE VVLGARIS Radix.
QVAL. gravèolens, amara, acris.
VIS: pellens, ſubvomitoria.
VSVS: Cachexia, Podagra, Cacoëthes, Sarcoma.
COMP.

OCTANDRIA.

CYTINVS.

557. CYTINVS *Hypociſtis*. *Syſt. nat.* 12. *p.* 602.
Hypociſtis omnino lutea ſ. ochræ colore. *Cluſ. hiſp.* 143.
LOC. Hiſpania, Luſitania, Mauritania. *Paraſitica Ciſti*, *peregrina.*
PHARM. HYPOCISTIDIS Succus.
QVAL. acido-ſtyptica, nigra. *Rarior.*
VIS: adſtringens.
VSVS: Profluvia.
COMP. Andromach. Mithridat. *Troch.* carabe, *Empl.* herniæ, *Paſſul. Laxativ.*

POLY-

POLYANDRIA.

ARVM.

558. ARVM *maculatum* acaule, foliis hastatis integerrimis, spadice clavato. *Hort. upſ.* 279. *Sp. pl.* 1370. *Fl. dan. t.* 505.

Arum vulgare maculatum et non maculatum. *Baub. pin.* 195.

LOC. Germania, Italia. *Perennis, cicur.*

PHARM. ARI Radix ℥ß. *Fæculæ*, Herba.

QVAL. acris; ſeptica. *Trita, præſtans.* Hb. *ſuperflua.*

VIS: calefaciens, incidens, ſaponacea, expectorans, coſmetica, *recens* corrodens, rubefaciens, veſicans.

VSVS: Tertiana, Anorexia, Cephalæa ſympathica, Aſthma humorale, Obſtructio, Cachexia, Chloroſis, Phthiſis, Contuſura.

COMP. ♁ benedictus.



CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

CYNOMORIVM.

559. CYNOMORIVM *coccineum. Amœn. acad.* 4. *p.* 351. *t.* 2. *Sp. pl.* 1375.

Fungus typhoides coccineus melitensis. *Bocc. sic.* 80. *muf.* 2. *p.* 69.

LOC. Sicilia, Melita, Mauritania, Jamaica; parasitica radicum Lentisci, Myrti, Halimi, inter Novembrem et Martium. *Herba, peregrina.*

PHARM. FVNGI MELITENSIS ℈j.

QVAL. styptica, nigra. *Eximia.*

VIS: adstringens, obstipans.

VSVS: Dysenteria, Vlcus cacoëthicum, Stomacace, Hæmorrhagiæ.

COMP.

MYRISTICA.

560. MYRISTICA *moschata* fructibus glabris. *Thunb. act. holm.* 1782. *p.* 46. *nov. gen.* 5. *p.* 84.

Nux myristica. *Rumph. amb.* 2. *p.* 14. *t.* 4. 5.

Nux moschata fructu rotundo. *Bauh. pin.* 407. *Pluk. alm.* 265. *t.* 209. *f.* 1.

LOC. Moluccæ, præsertim Banda. *Arbor, peregrina.*

PHARM. MOSCHATA (MYRISTICA) Nux, *condita*, ▽, ℴ°ℴ, (◯), *Balsamus.*

MACIS, *Essentia*, ▽, ℴ°ℴ, (◯).

QVAL. styptica, fragrans aromatica. *Trita, eximia.*

VIS:

VIS: hypnotica, ſtomachica, carminativa, obſtipans, ophthalmica.

VSVS: Colica, Diarrhœa.

COMP. *Elect.* diaſatyr. Diaphœnic. Orvietan. Bened. *Empl.* ſtomachale, *Spir.* Embryon. *Balſ.* apoplect.

TRIANDRIA.

PHYLLANTHVS.

561. PHYLLANTHVS *Emblica* foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato. *Fl. zeyl.* 333. *Sp. pl.* 1393.

Nellicamaram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 69. *t.* 38.

LOC. Malabaria, Zeylona. *Arbor, peregrina.*

PHARM. MYROBALANI EMBLICAE Fructus ʒiv.

QVAL. acidiuſcula, auſtera, ſubacris. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: adſtringens *Subſt.* purgans *infuſ.*

VSVS: Stomacace, Dyſenteria.

COMP. *Pil.* ſine quibus, *Conf.* hamech.

TETRANDRIA.

BETVLA.

562. BETVLA *alba* foliis acuminatis ſerratis. *Fl. ſuec.* 859. *Sp. pl.* 1393. [*Pall. roſſ.* 1. *p.* 61.]

Betula. *Bauh. pin.* 427.

LOC. Europæ ſylvæ. *Arbor, frequentiſſima.*

PHARM. BETVLAE (epidermidis) ☍ *nigrum, Fuligo.*

QVAL. ſuaveolens ☍. *Vſitata, præſtans.*

VIS: diaphoretica.

VSVS: Eryſipelas! [Gonorrhœa.]

COMP.

BVXVS.

BVXVS.

563. BVXVS *fempervirens. Hort. upf.* 283. *Sp. pl.* 1394.
Buxus arborefcens. *Baub. pin.* 471.
LOC Gallia, Helvetia. *Arbor, manfueta.*
PHARM. BVXI Lignum, °₀° Gt. XX.
QVAL. tetra fœtida, amara. *Rarior.*
VIS: fudorifera, mundificans. *Fol.* purgans, pellens.
VSVS: Hirfuties °₀°, Epilepfia, Hyfteria.
COMP.

VRTICA.

564. VRTICA *pilulifera* foliis oppofitis ovatis ferratis, amentis fructiferis globofis. *Hort. cliff.* 440. *upf.* 282. *Sp. pl.* 1395.
Vrtica urens pilulas ferens. *Baub. pin.* 232.
LOC. G. Narbonenfis, Helvetia, Anglia. *Annua, cicur.*
PHARM. VRTICAE ROMANAE Semina.
QVAL. urens *tactu*, infipida. *Exoleta, fuperflua.*
VIS: diuretica.
VSVS: Rubeola, Nephritis, Hæmorrhagia.
COMP.

565. VRTICA *dioica* foliis oppofitis cordatis, racemis geminis. *Fl. fuec.* 863. *Sp. pl.* 1396. *Fl. dan. t.* 746.
Vrtica urens maxima. *Baub. pin.* 232.
LOC. Europæ ruderata. *Perennis, frequens.*
PHARM. VRTICAE MAJORIS Radix, Herba, ▽, Semina.
QVAL. urens *tactu*, fubinfipida, oleracea. *Rarior.*
VIS: diuretica, mundificans, ftimulans *extus.*
VSVS: Icterus, Nephritis, Phthifis! Hæmorrhagia, Hæmoptyfis, Hæmorrhois, Paralyfis *ext.*
COMP.

MORVS.

566. MORVS *nigra* foliis cordatis fcabris. *Hort. cliff.* 441. *upf.* 283. *Sp. pl.* 1398.

Morus fructu nigro. *Baub. pin.* 459.

LOC. China, Italia. *Arbor, manfueta.*

PHARM. MORI *Rob*, *Syrupus*, Cortex *Rad.*

QVAL. dulci - fubacida. *Trita, eximia.*

VIS: refrigerans, corroborans.

VSVS: Febres putridæ, Sitis, Angina. *Cort.* Tænia.

COMP. *Mixturæ* febriles.

PENTANDRIA.

XANTHIVM.

567. XANTHIVM *ftrumarium* caule inermi, foliis cordatis trinervatis. *Fl. fuec.* 869. *Sp. pl.* 1400.

Lappa minor f. Xanthium diofcoridis. *Baub. pin.* 198.

LOC. Europa auftralior. *Annua, cicur.*

PHARM. XANTHII [Folia,] Semina ℥ß.

QVAL. luteo - tinctoria, amara, fubacris. *Inufitata.*

VIS: adftringens, pellens, diaphoretica.

VSVS: [Scrophula, Herpes,] Eryfipelas.

COMP.

POLYANDRIA.

POTERIVM.

568. POTERIVM *Sanguiforba* inerme, caulibus fubangulofis. *Hort. cliff.* 446. *upf.* 288. *Sp. pl.* 1411.

Pimpinella Sanguiforba minor hirfuta. *Baub. pin* 160.

LOC. Europa auftralior. *Perennis, cicur.*

PHARM. PIMPINELLAE ITALICAE Herba, Semina.

QVAL. ſtyptica, ſubfragrans.

Culinaris, *exoleta*, *ſuperflua.*

VIS: adſtringens, vulneraria.

VSVS: Hæmoptyſis? Dyſenteria?

COMP. *Infuſ.* vinoſa vernal.

QVERCVS.

569. QVERCVS *Suber* foliis ovato-oblongis indiviſis ſerratis ſubtus tomentoſis, cortice rimoſo fungoſo. *Hort. cliff.* 448. *Sp. pl.* 1413.

Suber latifolium perpetuo virens. *Baub. pin.* 424.

LOC. Luſitania, Aquitania, Bætica. *Arbor, manſueta.*

PHARM. SVBERIS Cortex.

QVAL. ſicca, ſtyptica.

VIS: adſtringens, coriaria.

VSVS: Dyſenteria, Eryſipelas.

COMP.

570. QVERCVS *Robur* foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *Fl. ſuec.* 870. *Sp. pl.* 1414.

Quercus cum longo pediculo. *Baub. pin.* 420.

LOC. Europa infra Norlandiam. *Arbor, vulgaris.*

PHARM. QVERCVS Cortex, ▽, Cupulæ, Glandes.

QVAL. ſicca, ſtyptica. *Trita præſtans.*

VIS: adſtringens, coriaria, obſtipans.

VSVS: Diarrhœa, Tertiana, Hæmorrhagia.

COMP.

JVGLANS.

570. JVGLANS *regia* foliolis ovalibus glabris ſubſerratis ſubæqualibus. *Hort. cliff.* 449. *upſ.* 286. *Sp. pl.* 1415.

Nux juglans ſ. regia vulgaris. *Baub. pin.* 418.

LOC.

LOC. America septentrionalis? Persia. *Arbor, mansueta.*
PHARM. JVGLANDIS Nuces, Dissepimentum, *Rob*, ◎.
QVAL. graveolens, amaricans, denigrans. *Nucl.* subdulcis, sicca. *Rarior, praestans.*
VIS: narcotica, pellens, emmenagoga, anthelminthica, anginans, paralytizans.
VSVS: *Dissep.* Dysenteria, *Vst.* Hæmorrhagia, dentis, ◎ cicatrix variolæ, *Rob.* Angina. *Nucl.* Tænia!
COMP. *Acet.* prophylact.

FAGVS.

572. FAGVS *Castanea* foliis lanceolatis acuminato-serratis subtus nudis. *Hort. cliff.* 447. *upf.* 287. *Sp. pl.* 1416.
Castanea. *Bauh. hist.* 1. *p.* 121.
LOC. Italia, Gallia, Germania. *Arbor, mansueta.*
PHARM. CASTANEAE Fructus, ◎, Cortex.
QVAL. dulcis, esculenta. *Exoleta, insida, superflua.*
VIS: flatulenta, temulentans, febrilis.
VSVS: ◎ Excoriatura.
COMP.

573. FAGVS *sylvatica* foliis ovatis obsolete serratis. *Fl. suec.* 871 *Sp. pl.* 1416.
Fagus. *Bauh. pin.* 419.
LOC. Europa australior. *Arbor, cicur.*
PHARM. FAGI Fructus, ◎, *Cineres clavellati.*
QVAL. insipida. *Exoleta, insida*, Fr. *superflua.*
VIS: temulentans, cephalalgica.
VSVS:
COMP.

CORYLVS.

574. CORYLVS *Avellana* stipulis ovatis obtusis. *Fl. suec.* 872. *Sp. pl.* 1417.

Corylus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 418.
LOC. Europæ ſepes. *Arbor, vulgaris.*
PHARM. CORYLI Lignum, ∵.
QVAL. inodora, inſipida, ∵ fœtida. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: ∵ anodyna.
VSVS: ∵ Odontalgia.
COMP.

LIQVIDAMBAR.

575. LIQVIDAMBAR *Styraciflua* foliis palmato-angulatis: lobis indiviſis acutis. *Sp pl.* 1418.
Liquidambar arbor ſ. ſtyraciflua aceris folio, fructu tribuloide. *Pluk. alm.* 224. *t.* 42. *f.* 6. *Catesb. car.* 2. *t.* 63.
LOC. Virginia, Mexico. *Arbor, manſueta.*
PHARM. STORACIS LIQVIDAE Reſina.
QVAL. *Balſamum* liquido-tenax, griſeum, acre, aromaticum, fragrans. *Rarior.*
VIS: cephalalgica, calefaciens.
VSVS: Scabies.
COMP. *Vngu.* odorata.

ADELPHIA.

PINVS.

576. PINVS *ſylveſtris* foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. *Fl. ſuec.* 874. *Sp. pl.* 1481. [*Pall. roſſ.* 1. *p.* 5. *tab.* 2.]
Pinus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 491.
LOC. Europæ ſicca. *Arbor, frequentiſſima.*
PHARM. PINI Turiones (*male com*), *Ligni* ⎍, ∵. Reſina, *Pix*, ∵ *picis.*

TERE-

TEREBINTHINA COMMVNIS, *cocta*, ⎍, ∴ *Templinum*.
QVAL. reſinoſa. *Trita, præſtans.*
VIS: diuretica, mundificans.
VSVS: Scorbutus.
COMP.

577. PINVS *Pinea* foliis geminis: primordialibus ſolitariis ciliatis. *Hort. cliff.* 450. *upſ.* 288. *Sp. pl.* 1419.
Pinus ſativa. *Baub. pin.* 491.
LOC. Italia, Galloprovincia, Narbona. *Arbor, manſ.*
PHARM. PINI Nuces, nuclei mundati, *Loboc.*
QVAL. dulcis. *Trita, præſtans.*
VIS: nutriens, aphrodiſiaca.
VSVS: Stranguria, Tabes.
COMP. *El.* diaſatyrii.

578. PINVS *Larix* foliis faſciculatis obtuſis. *Hort. cliff.* 450. *Sp. pl.* 1420. [*Pall. roſſ.* 1. *p.* 1. *t.* 1.]
Larix. *Baub. pin.* 493.
LOC. Alpes Helveticæ aliæque, Ruſſia. *Arbor, manſueta.*
PHARM. TEREBINTHINA VENETA ∴, ⎍.
[LARICIS Gummi.]
QVAL. reſinoſa, [*interne* gummoſa.] *Trita, præſtans.*
VIS: diuretica *urina violacea*, vulneraria.
VSVS: Phthiſis, Leucorrhœa, Vlcera, ∴ Hæmorrhagia! Iſchuria.
COMP. *Vngu.* digeſtivum.

579. PINVS *Abies* foliis ſolitariis ſubulatis mucronatis lævibus bifariam verſis. *Fl. ſuec.* 875. *Sp. pl.* 1421.
Picea major prima ſ. Abies rubra. *Baub. pin.* 493.
LOC. Europæ humidiuſcula. *Arbor, frequentiſſima.*
PHARM. ABIETIS Reſina, *Colophonium.*

QVAL. resinosa, crepitans. *Rarior, præstans.*
VIS: diuretica.
VSVS: Scorbutus, Arthritis.
COMP.

CVPRESSVS.

580. CVPRESSVS *sempervirens* foliis imbricatis, frondibus quadrangulis. *Hort. cliff.* 449. *upf.* 288. *Sp. pl.* 1422.
Cupressus. *Bauh. pin.* 488.
LOC. Creta. *Arbor, mansueta.*
PHARM. CVPRESSI Lignum, Nuces (strobili *potius.*)
QVAL. sicca. *Exoleta, superflua.*
VIS: adstringens.
VSVS: Hernia, Diarrhœa.
COMP.

CROTON.

581. CROTON *Cascarilla* foliis lanceolatis acutis integerrimis petiolatis subtus tomentosis, caule arboreo. *Amœn. acad.* 5. *p.* 411.* *Sp. pl.* 1424.
Ricinoides elæagni folio. *Catesb. carol.* 2. *p.* 46. *t.* 46. *Plum. ic.* 240. *f.* 1.
LOC. Peru, Florida, Providentia, Paraguay. *Arbor, peregrina.*
PHARM. CASCARILLAE Cortex, *Essentia.*
QVAL. acris, amara, fragrans, *fumo* moschato. *Trita, eximia, stahliana.*
VIS: tonica, sub-eccoprotica, thoracica.
VSVS: *Febr.* Exacerbantes, Tertiana, Diarrhœa febrilis.
COMP.

582. CRO-

581. *Cascarillam* eandem cum THYMIAMATIS seu THVRIS cortice faciunt varii, licet distinctus in officinis nostris vendatur. [Anne hic *Styracis* species? *Ph. dan.* 33.]

582. CROTON *tinctorium* foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. *Hort. upſ.* 290. *Sp. pl.* 1425. *Burm. ind. t.* 62. *f.* 1.
Ricinoides ex qua paratur Tourneſol gallorum. *Act. pariſ.* 1712. *p.* 337. *t.* 17.
LOC. Narbonæ culta. *Annua, fera.*
PHARM. LACMVS Succus (*Torneſolis*).
QVAL. cæruleo-tinctoria. *Externe.*
VIS: acidum indicandi.
VSVS: Gangræna, Carcinoma?
COMP.

583. CROTON *Tiglium* foliis ovatis glabris acuminatis ſerratis, caule arboreo. *Fl. zeyl.* 343. *Sp. pl.* 1426.
Ricinoides indica, folio lucido, fructu glabro. *Burm. zeyl.* 200. *t.* 90.
LOC. Zeylona. *Arbuſcula, peregrina.*
PHARM. TIGLII (TILLI) Grana Gr. iij.
PAVANAE Lignum.
QVAL. acerrima. *Exoleta, cauta, ſuperflua.*
VIS: emetica, draſtica, exurens.
VSVS:
COMP.

584. CROTON *lacciferum* foliis ovatis tomentoſis ſerrulatis petiolatis, calycibus tomentoſis. *Fl. zeyl.* 344.* *Sp. pl.* 1426.
Ricinoides aromatica arbor, circææ foliis hirſutis, floribus ſpicatis, major. *Burm. zeyl.* 201. *t.* 91.
LOC. India. *Arbor, fera.*
PHARM. LACCAE Gummi (in granis).

583. PAVANAE lignum in noſtris officinis peregrinum eſt.

584. GVMMI LACCAE colligitur circa ramulos ſiccos ab infectis, ſed quibus? e *Crotone laccifero* lacteſcente decerpunt hæc inſecta ſuccum et *Laccam* ſuam inde conficiunt, tene *Lar-*

QVAL. *Resin.* rubra.
VIS: subadstringens, diuretica.
VSVS: tinctorius Stomacace.
COMP. Vernices, Laccæ sigillatoriæ, ℞.

JATROPHA.

585. JATROPHA *Curcas* foliis cordatis angulatis. *Hort. cliff.* 445 *Sp. pl* 1429. *Jacq hort.* 3. *t.* 63.
Ricinoides americana, gossypii folio. *Tournef. inst.* 1656.
LOC. Surinama, Brasilia, Jamaica. *Arbor, fera.*
PHARM. RICINI MAJORIS Semina.
QVAL. acris, exurens. *Exoleta, cauta, superflua.*
VIS: drastica, inflammatoria.
VSVS:
COMP.

586. JATROPHA? *elastica* foliis ternatis ellipticis integerrimis subtus canis longe petiolatis. *Suppl* 422.
Hevea guianensis. *Aublet. guian.* 871. *t.* 335.
Caoutchouc. *Act. paris.* 1751. *p.* 329. *t.* 20. *f.* 10-14. 1768. *p.* 209. *Berg. mat. med.* 566. *Beschäft. naturf. fr.* 3. *p.* 356.
LOC. Guiana, Peru. *Arbor, peregrina.*
PHARM. ELASTICA Resina.
QVAL. *Resina* coriacea, flexilis, extensilis, elastica, fusco-rufescens.
VIS:

VSVS:

Hermanno. [Colligitur a *Cocco Laccæ*, in Ficu religiosa et indica, item in Rhamno Jujuba habitante. *Kerr* in *act. angl.* 71. *p.* 2.]

586. Genus nondum rite definitum. Succus arboris lacteus inspissatus fit *Resina* illa *elastica*, *Gomme él stique*, *Caoutchouc*; etsi *Ficus indica*, *Cecropia peltata*, aliæquæ, similem succum, post exsiccationem elasticum, fundant, *Suppl. pl.*

VSVS: mechanicus; chirurgicus.

COMP.

RICINVS.

587. RICINVS *communis* foliis peltatis subpalmatis serratis. *Sp pl.* 1430. *Mil. ic.* 219.

Ricinus vulgaris. *Bauh pin* 439.

LOC. temperatum cœlum IV orbis partium.

Annua, mansueta.

PHARM. RICINI VVLGARIS (CATAPVTIAE MAJORIS) Semina Gr. XXV.

[PALMAE CHRISTI ◎.]

QVAL. acris, amara. *Sem.* oleosa. *Exoleta, cauta.*

VIS: drastica, inflammatoria, gastriticans, anthelminthica! [◎ laxans.]

VSVS: [Iliaca, Colica pictonum, nephritica, Tænia.]

COMP.

SYNGENESIA.

MOMORDICA.

588. MOMORDICA *Elaterium* pomis hispidis, cirrhis nullis. *Sp pl.* 1334.

Cucumis sylvestris asininus dictus. *Bauh. pin.* 314.

LOC. Italia, Narbona, Sicilia. *Perennis, subcicur.*

PHARM. CVCVMERIS ASININI Radix Gr. XV - ʒß.

ELATERII *Extractum* (viride) ℈j. *Resina* (alba) Gr. ij.

QVAL. amarissima, nauseosa. *Heroica, cauta.*

VIS: emetica, drastica, hydragoga, emmenagoga, abortiva.

VSVS: Hydrops, Asthma, Leucorrhœa, Coryza, Scrophula.

COMP. *Extr.* panchymag. *Vngu.* arthanit.

CVCVRBITA.

589. CVCVRBITA *lagenaria* foliis ſubangulatis tomentoſis baſi ſubtus biglanduloſis, pomis lignoſis. *Sp. pl.* 1434.

Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli. *Bauh. pin.* 333.

LOC. America. *Annua, ſubcicur.*

PHARM. CVCVRBITAE Semina.

QVAL. ſubdulcis. *Trita.*

VIS: edulcorans, refrigerans.

VSVS: Febres putridæ, Agrypnia, Stranguria, Nephritis.

COMP. *Semina* IV frigida majora, *Spec.* diatragacanth.

590. CVCVBITA *Citrullus* foliis multipartitis. *Hort. upſ.* 292. *Sp. pl.* 1435.

Anguria Citrullus dicta. *Bauh. pin.* 312.

LOC. Apulia, Calabria, Sicilia. *Annua, ſubcicur.*

PHARM. CITRVLLI Semina.

QVAL. Cucurbitæ. *Trita.*

VIS: Cucurbitæ.

VSVS: Cucurbitæ.

COMP. *Semina* IV. frigida majora, *Spec.* diatragacanth. *Pulv.* haly.

CVCVMIS.

591. CVCVMIS *Colocynthis* foliis multifidis, pomis globoſis glabris. *Hort. upſ.* 293. *Sp. pl.* 1435.

Colocynthis, fructo rotundo, major. *Bauh. pin.* 313.

LOC. Syria, Aleppo. *Perennis, manſueta.*

PHARM. COLOCYNTHIDIS Pulpa, Semina, *Reſina, Extractum* gr. IV.

QVAL. amariſſima, nauſeoſa. *Rarior, heroica, cauta.*

VIS:

VIS: draſtica, emmenagoga, abortiva, anthelminthica.

VSVS: Obſtipatio, Epilepſia.

COMP. Enemata, *Troch.* alhandal, *Conf.* hamech, *Vng.* arthanit. *Pil.* cochiæ, capitales, aureæ, catholicæ, gummat. *Extr.* panchymagog. cathol.

592. CVCVMIS *Melo* foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis. *Hort. cliff.* 451. *upſ.* 292. *Sp. pl.* 1436.

Melo vulgaris. *Baub. pin.* 310.

LOC. Calmucchia. *Annua, ſubſera.*

PHARM. MELONIS Semina, *excorticata.*

QVAL. ſubdulcis. *Trita.*

VIS: Cucurbitæ.

VSVS: Cucurbitæ.

COMP. *Sem.* IV. frigida majora, *Spec.* diatragacanth.

593. CVCVMIS *ſativus* foliorum angulis rectis, pomis oblongis ſcabris. *Hort. cliff.* 451. *upſ.* 292. *Sp. pl.* 1437.

Cucumis ſativus vulgaris. *Baub. pin.* 310.

LOC. Europæ culta. *Annua, cicur.*

PHARM. CVCVMERIS Semina, [Fructus *recens*, *Succus.*]

QVAL. Cucurbitæ. *Trita.*

VIS: Cucurbitæ.

VSVS: Cucurbitæ. [Phthiſis *Succ.*]

COMP. *Sem.* IV. frigida majora, *Spec.* diatragacanth.

BRYONIA.

594. BRYONIA *alba* foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. *Fl. ſuec.* 877. *Sp. pl.* 1438. *Fl. dan. t.* 813.

Bryonia alba, baccis nigris. *Baub. pin.* 297.

LOC.

594. [*Bryonia dioica Jacq* albæ ſubſtituitur in regionibus, ubi non hæc, ſed illa, creſcit; an vires æquales?]

LOC. Europæ pagi. *Perennis*, *infrequens.*
PHARM. BRYONIAE Radix ℈j. *Extractum* ʒj. *Fæculæ*, Baccæ, Semina.
QVAL. acris, amara, nauſeoſa. *Vſitata*, *eximia.*
VIS: purgans, pellens, anthelminthica, emmenagoga.
VSVS: Hydrops, Mania, Epilepſia, Rheumatiſmus, Ganglion, Sugillatio. *Vngu.* Pleuritis.
COMP. *Catapl.* reſolvens.

CLAS-



CLASSIS XXII.

DIOECIA.

DIANDRIA.

SALIX.

595 SALIX *alba* foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glandulofis. *Fl. ſuec.* 903. *Sp. pl.* 1449.

Salix vulgaris alba arboreſcens. *Bauh. pin.* 473.

LOC. Europæ urbes et pagi. *Arbor, vulgaris.*

PHARM. SALICIS Folia, ▽ (*florum*).

QVAL. amaricans. *Exoleta.*

VIS: antivenerea.

VSVS: Agrypnia, Dyſenteria.

COMP. Balnea, Clyſmata.

TETRANDRIA.

VISCVM.

596. VISCVM *album* foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Fl. ſuec.* 905. *Sp. pl.* 1451.

Viſcum baccis albis. *Bauh. pin.* 423.

LOC. Europæ arbores gummoſæ reſinoſæque. *Frutex, paraſiticus, infrequens.*

PHARM. VISCI [QVERNI] Lignum, °°° (*heraclinum*).

QVAL. mucilaginoſa, graveolens. *Rarior, præſtans.*

VIS:

595. [SALICIS *Cortex* (ramulorum) deſumendus eſt e *Salice fragili* et *pentandra*: amarus, ſubſtypticus, tonicus, antifebrilis.]

596. [VISCI QVERCINI *Lignum* e *Lorantho europaeo* deſumere jubet *Pharm. auſtr. p.* 71.]

VIS: inviſcans, lubricans.
VSVS: Epilepſia, Vertigo, Pleuritis, Dyſenteria.
COMP.

MYRICA.

597. MYRICA *Gale* foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Fl. ſuec.* 917. *Sp. pl.* 1453. *Fl. dan. t.* 327.
Rhus myrtiſolia belgica. *Baub. pin.* 414.
LOC. Europæ borealis paludes. *Frutex, vulgaris.*
PHARM. MYRTI BRABANTICAE Folia.
QVAL. amara, nidoroſa, luteo-tinctoria, cerifera. *Exoleta, præſtans.*
VIS: narcotica, phantaſtica, cephalalgica, exanthematica.
VSVS: Scabies! Pediculi.
COMP.

PENTANDRIA.

PISTACIA.

598. PISTACIA *vera* foliis impari-pinnatis: foliolis ſubovatis recurvis. *Sp. pl.* 1454.
Piſtacia peregrina, fructu racemoſo ſ. Terebinthus indica. *Baub. pin.* 401.
LOC. Perſia, Arabia, Syria; colitur in Italia, Sicilia. *Arbor, manſueta.*
PHARM. PISTACIAE Nuces, Nuclei mundati, ☉.
QVAL. dulcis, ſubpinguis. *Rarior.*
VIS: nutriens, obtundens.
VSVS: Hectica.
COMP. *Elect.* diaſatyr. *Tabul.* magnanimitatis.

599. PISTACIA *Terebinthus* foliis impari-pinnatis; foliolis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 456. *upſ.* 296. *Sp. pl.* 1455.

Terebinthus vulgaris. *Baub. pin.* 400.

LOC. India, Africa, Aſſyria, China, Cyprus, Italia, Hiſpania. *Arbor, cicur.*

PHARM. TEREBINTHINA CYPRIA.

QVAL. *Reſina* liquida, flava, ſubdiaphana, amara, acris. *Rarior, præſtans.*

VIS: reſolvens, emolliens, vulneraria, diuretica *urina violacea*, eccoprotica.

VSVS: Phthiſis, Tuſſis, Vlcus, Gonorrhœa.

COMP. Andromach. Mithridat. *Balſam.* ſulphur. terebinthinatus Gt. X; ⊓ anhaltinus.

600. PISTACIA *Lentiſcus* foliis abrupte pinnatis: foliolis lanceolatis. *Hort. cliff.* 456. *upſ.* 296. *Sp. pl.* 1454.

α. Lentiſcus vulgaris. *Baub. pin.* 399.

LOC. Sicilia, Italia, Luſitania. *Arbor, manſueta.*

PHARM. LENTISCI Lignum.

β. Lentiſcus ex Chio. *Tourneſ. itin.* 2. *p.* 66.

LOC. Chios. *Arbor, peregrina.*

PHARM. MASTICHES Reſina alba, granulata, *Syrupus*, ◎, ⚬⚬⚬.

QVAL. *Lign.* ſicca, *Reſina* fragilis, pallida, aromatica. *Vſitata, præſtans.*

VIS: corroborans, ſtomachica, vulneraria.

VSVS: Tuſſis, Catarrhus, Odontalgia, Arthritis, Calculus, Stomacace.

COMP. *Pil.* ſine quibus, *Pil.* ammoniacæ, *Pil.* catholicæ, *Hiera* ſimplex, *Troch.* carabe, *Troch.* hedycroi, *Vngu.* martiatum, *Empl.* ſtomachal. *Empl.* oxycroc. *Empl.* diaphoret. *Empl.* opodeltoch, *Empl.* nervinum, *Empl.* gummat. *Empl.* calaminar. *Empl.* fracturis, *Cerat.* Betonic.

SPI-

SPINACIA.

601. SPINACIA *oleracea* fructibus sessilibus. *Hort. cliff.* 457. *upf.* 296. *Sp. pl.* 1456.
Lapathum hortense s. Spinacia semina spinoso. *Baub. pin.* 114.
LOC. hodie Horti nostri. *Annua, cicur.*
PHARM. SPINACIAE Herba, Semina.
QVAL. aquosa, oleracea, insipida. *Exoleta, superflua.*
VIS: diluens, humectans, eccoprotica.
VSVS: cibarius.
COMP.

CANNABIS.

602. CANNABIS *sativa. Hort. cliff.* 457. *upf.* 297. *Sp. pl.* 1457.
Cannabis sativa. *Baub. pin.* 320.
LOC. Japonia, India orientalis. *Annua, cicur.*
PHARM. CANNABIS Semina, ◎.
QVAL. virosa *Sem.* oleosa. *Rarior, præstans.*
VIS: narcotica, phantastica, dementans, anodyna, repellens.
VSVS: Gonorrhœa, Leucorrhœa, Icterus.
COMP.

HVMVLVS.

603. HVMVLVS *Lupulus. Fl. suec.* 908. *Sp. pl.* 1457.
Lupulus mas (femina rectius). *Baub. pin.* 298.
LOC. Europæ sepes. *Perennis, cicur.*
PHARM. LVPVLI coni.
QVAL. amara, nidorosa. *Rarior.*
VIS: tonica, subnarcotica, phantastica, anodyna.
VSVS: Nephritica, Phrenitis, Luxatura, Alopecia. *Sem.* Obstipatio.
COMP.

HEX-

HEXANDRIA.

SMILAX.

604. SMILAX *Sarsaparilla* caule aculeato angulato, foliis inermibus ovatis retuso-mucronatis trinerviis. *Sp. pl.* 1459.

Smilax, viticulis asperis, virginiana, folio hederaceo lævi, zarza nobilissima. *Pluk. alm.* 348. *t* 111. *f.* 2.

LOC. Virginia, Mexico. *Perennis, mansueta.*

PHARM. SARSAE PARILLAE Radix.

QVAL. sicca, amaricans, glutinosa. *Trita, præstans.*

VIS: diuretica, sudorifera, purificans.

VSVS: Syphilis, Arthritis, Cachexia.

COMP. *Decocta* lignorum.

605. SMILAX *China* caule aculeato teretiusculo, foliis inermibus ovato-cordatis quinquenerviis. *Sp pl.* 1459. [*Gmel. it.* 3. *p.* 32. *t.* 6.]

Smilax minus spinosa, fructu rubicundo, radice virtuosa. *Kæmpf. amœn.* 781. *t.* 782.

LOC. Persia, China, Japonia. *Perennis, peregrina.*

PHARM. CHINAE Radix.

QVAL. sicca, inodora. *Trita, præstans.*

VIS: purificans.

VSVS: Syphilis, Podagra.

COMP. *Decocta* lignorum.

OCTANDRIA.

POPVLVS.

606. POPVLVS *nigra* foliis deltoidibus acuminatis serratis. *Fl. suec.* 910. *Sp. pl.* 1464. [*Pall. ross.* 1. *p.* 66.]

Populus nigra. *Bauh. pin.* 429.
LOC. Europa auſtralior. *Arbor, cicur.*
PHARM. POPVLI oculi (gemmæ rectius).
QVAL. reſinoſa. *Exoleta.*
VIS: obtundens, emolliens, ſoporifera.
VSVS: Diarrhœa, Dyſenteria! Combuſtura, Arthritis.
COMP. *Vngu.* populeum.

607. POPVLVS *balſamiſera* foliis ovatis ſerratis ſubtus albidis, ſtipulis reſinoſis. *Sp. pl.* 1464. [*Pall. roſſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41.]?
Tecomahaca. *Hernand. mex.* 55. *Pluk. alm.* 360. *t.* 281. *f.* 2.
LOC. Mexico, Madagaſcar. *Arbor, manſueta.*
PHARM. TACHAMAHACA Reſina.
QVAL. arida, friabilis, variegata, ſubdiaphana, ambroſiaca. *Vſitata, præſtans.*
VIS: leniens, maturans.
VSVS: Dolores, Odontalgia, Gaſtrica, Cephalalgia, Cophoſis, Vomitus, Hyſteria.
COMP. *Empl.* opodeltoch, *Empl.* matricale, *Empl.* ſtomachale.

RHODIOLA.

608. RHODIOLA *roſea. Fl. lapp.* 378. *ſuec.* 912. *Sp. pl.* 1465. *Fl. dan t.* 183.
Rhodia radix. *Bauh. pin* 286.
LOC. Alpes Lapponicæ aliæque. *Perennis, cicur.*
PHARM. RHODIAE Radix.
QVAL. rubicunda, ſtyptica, fragrans, roſeo odore. *Exoleta, eximia.*
VIS:

606. [POPVLI *oculos e Populo balſamifera* colligendos eſſe monet *Berg. mat. med.* 502.]

607. *Reſ.* TACAMAHACAM *Trewius* negat eſſe *Populum balſamiferam; Jacquinus* aſſerit eſſe *Fagaram octandram.*

VIS: adſtringens.

VSVS: Hernia, Leucorrhœa, Cephalalgia! Hyſteria, Dyſenteria.

COMP.

ENNEANDRIA.

MERCVRIALIS.

609. MERCVRIALIS *annua* caule brachiato, foliis glabris, floribus ſpicatis. *Hort. cliff.* 461. *upſ.* 298. *Sp. pl.* 1465.

Mercurialis teſticulata ſeu mas. *Bauh. pin.* 121.

LOC. Italia, Anglia, Gallia. *Annua, cicur.*

PHARM. MERCVRIALIS Herba, *Mel.*

QVAL. ſuſpecta. *Trita, externa, dubia.*

VIS: hypnotica, purgans, repellens, coſmetica, non emolliens.

VSVS: Syphilis.

COMP. Enemata, *Spec.* pro clyſteribus, *Syrup.* prophylacticus.

DODECANDRIA.

MENISPERMVM.

610. MENISPERMVM *Cocculus* foliis cordatis retuſis mucronatis, caule lacero. *Sp. pl* 1468.

Natſiatam. *Rheed. mal.* 7. *t.* 1. *f.* 1. *Pluk. phyt.* 345. *f.* 2. *Rumph. amb.* 5. *t.* 22.

LOC. Malabaria. *Peregrina, fera.*

PHARM. COCCVLI INDICI Fructus.

QVAL. reniformis. *Externa.*

VIS: venenata, phthiriaca.

VSVS: pediculis, Piſcibus.

COMP.

MONADELPHIA.

JVNIPERVS.

611. JVNIPERVS *Sabina* foliis oppositis erectis decurrentibus: oppositionibus pyxidatis. *Sp. pl.* 1472.
Sabina folio cupressi. *Bauh. pin* 487.
LOC. Sibiria, Tataria, Olympus. *Arbuscula, cicur.*
PHARM. SABINAE Herba, *Essentia*, ▽, ℅.
QVAL. amaricans, hircosa. *Trita, præstans.*
VIS: emmenagoga! abortiva, anthelminthica, exanthematica, diuretica, depilans.
VSVS: Odontalgia, Tinea, Gangræna, Scabies.
COMP. [Hippiatrorum pulveres.]

612. JVNIPERVS *communis* foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus. *Fl. suec.* 915. *Sp. pl.* 1470.
Juniperus vulgaris fruticosa. *Bauh. pin.* 488.
LOC. Europæ sylvæ. *Arbuscula, vulgatissima.*
PHARM. JVNIPERI Lignum, ℅, *Cineres*, Baccæ, *Rob*, ▽, ⎍, ℅.
SANDARACA Resina.
QVAL. sicca, aromatica, resinosa. *Trita, præstans.*
VIS: pellens, carminativa, diuretica *urina violacea.* calefaciens, alexiteria, mundificans.
VSVS: Cophosis, Calculus, Asthma, Catarrhus,
COMP.

613. JVNIPERVS *lycia* foliis ternis undique imbricatis ovatis obtusis. *Roy. lugdb.* 90. *Sp. pl.* 1471.
Cedrus, folio cupressi, major, fructu flavescente. *Bauh. pin.* 487.
LOC. Africa, Aethiopia, Arabia. *Arbor, peregrina.*
Vermes ℅.

PHARM.

613. [OLIBANVM ex hac arbore desumtum esse alii statuunt, alii negant; et *Sandaracam* non prioris sed hujus esse resinam

PHARM. OLIBANI (THVRIS) Resina, granulata, ₒ°ₒ.
QVAL. resina flavescens, pellucida, amaricans. *Rarior.*
VIS: vulneraria.
VSVS: Pleuritis epidemica, Ophthalmia, Catarrhus.
COMP.

CISSAMPELOS.

614. CISSAMPELOS *Pareira* foliis peltatis cordatis emarginatis. *Sp. pl.* 1473.
Clematis baccifera glabra et villosa, rotundo et umbilicato folio. *Plum. amer.* 78 *t.* 93.
LOC. America meridionalis. *Perennis, peregrina.*
PHARM. PAREIRAE BRAVAE Radix.
QVAL. dulcamara. *Rarior, eximia.*
VIS: diuretica, demulcens, purificans.
VSVS: Calculus! Dysuria! Arthritis, Podagra, Hydrops, Gonorrhœa, Icterus.
COMP. *Decoct.* lignorum.

SYNGENESIA.

RVSCVS.

615. RVSCVS *aculeatus* foliis supra floriferis nudis. *Hort. cliff.* 565. *upf.* 300. *Sp. pl.* 1474.
Ruscus *Baub. pin.* 470.
LOC. Italia, Gallia. *Suffrutex, mansuetus.*
PHARM. RVSCI Radix, Semina.
QVAL. subdulcis, *dein* amara. *Rarior.*
VIS: corroborans, emmenagoga, diuretica, coriaria.
VSVS: Hydrops! Ascites, Icterus.
COMP. *Rad.* V. aperientes majores; *Benedicta* laxativa.

 616.

sinam volunt alii; lis pendet [E *Junip. thurifera* provenire, in *Pharm. suec.* asseritur.]

614. [ABVTA *rufescens* foliis ovatis subtus villosis. *Aubl. guian.* 618. *tab.* 250. Pareiræ bravæ nomine in Guiana venit et pro ea in Europam invehitur, teste *Aubletio.*]

616 RVSCVS *Hypoglossum* foliis subtus floriferis sub foliolo. *Hort. cliff.* 466. *upf* 300. *Sp. pl.* 1474.

Laurus alexandrina, fructu pediculo insidente. *Baub. pin.* 304.

LOC. Hungaria, Liguria. *Suffrutex, mansuetus.*

PHARM. VVVLARIAE Herba.

QVAL. styptica, insipida, inodora. *Exoleta.*

VIS: adstringens.

VSVS: Prolapsus uvulæ.

COMP.

CLAS-



CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

VERATRVM.

617. VERATRVM *album* racemo ſupradecompoſito, corollis erectis. *Sp. pl.* 1479. *Jacq. auſtr.* 4. *t.* 335. Helleborus albus flore ſubviridi. *Bauh. pin.* 186.

LOC. Ruſſia, Sibiria, Auſtria, Helvetia, Italia, Græcia in montoſis. *Perennis, cicur.*

PHARM. HELLEBORI ALBI Radix Gr. vij.

QVAL. acris, nauſeoſa. *Exoleta, cauta.*

VIS: draſtica, emetica, ſternutatoria!

VSVS: Cophoſis, Mania, Epilepſia, Quartana, Scabies, Phthiriaſis.

COMP.

618. [VERATRVM *Sabadilla* racemo ſimplici? corollis patentibus. *Retz. obſ.* 1. *p.* 29. Veratrum, quod mexicanum Sabadilli ſemen. *Vanderbeck act. n. cur.* 1. *app.* 120. *Berg. mat.* 513.]

LOC. Mexico.

PHARM. SABADILLI Semina.

QVAL. acris, amara, cauſtica.

VIS: draſtica, vomitoria, phthiriaca, toxica.

VSVS: Pediculi.

COMP.

ANDROPOGON.

619. ANDROPOGON *Schœnanthus* paniculæ ſpiculis conjugatis ovato-oblongis, rachi pubeſcente, floſculis ſeſſilibus: ariſta tortuoſa. *Sp. pl.* 1481.

617. HELLEBORI ALBI rad. a *Veratro nigro* quoque deſumi poteſt. *Diſſ. de purg. p.* 18.

Juncus odoratus aromaticus. *Bauh. pin.* 11. *Rumph. amb.* 5. *p.* 181. *t.* 72. *f.* 2.
LOC. Arabia. *Perennis, peregrina.*
PHARM. SCHOENANTHI Herba.
QVAL. fragrans, aromatica. *Exoleta.*
VIS: emmenagoga, carminativa.
VSVS: Vomitus, Vlcera vesicæ.
COMP Andromach. Mithridat.

620 ANDROPOGON *Nardus* paniculæ racemis supradecompositis proliferis. *Fl. zeyl.* 45. *Sp. pl.* 1482.
Calamus odoratus matthioli. *Bauh. pin.* 17.
LOC. Zeylona. *Perennis, peregrina, dubia.*
PHARM. SPICAE (INDICAE) NARDI Radix.
QVAL. fragrans. *Eximia, inusitata.*
VIS: alexiteria, cordialis, stomachica, anthelminthica.
VSVS: Debilitas, Hæmorrhagia.
COMP ♄ diarrhodon, Andrromach. Mithridat. Philonium. Benedicta, *Hiera* picra, *Trochis.* hedycroi, *Vngu.* martiatum, *Vngu.* nardinum.

PARIETARIA.

621. PARIETARIA *officinalis* foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Hort. cliff.* 469. *Sp. pl.* 1492. *Fl. dan. t.* 521.
Parietaria officinarum et dioscoridis. *Bauh. pin.* 121.
LOC. Europæ australioris muri, ruderata.
Perennis, cicur.
PHARM. PARIETARIAE Herba.
QVAL. aquoso-insipida.
VIS: emolliens, diuretica, obtundens.
VSVS: Hydrops, Calculus, Tabes, Tussis, Stranguria.
COMP. *Herbæ* V emollientes, *Syr.* althææ, Enemata.

ATRI-

ATRIPLEX.

622. ATRIPLEX *hortenſis* caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. *Hort. cliff.* 469. *upſ.* 303. *Sp. pl.* 1493.

Atriplex hortenſis rubra. *Baub. pin.* 119.

LOC. Sibiria *Annua, cicur.*

PHARM. ATRIPLICIS SATIVAE Herba, Semina.

QVAL. aquoſa, oleracea, inſipida. *Exoleta, infida, ſuperflua.*

VIS: diluens, humectans, refrigerans. *Sem.* purgans, emetica

VSVS: Inflammatio. *Sem.* Rhachitis.

COMP. ♁ gutteta.

TERMINALIA.

623. TERMINALIA *Benzoin* foliis lanceolatis. *Suppl. pl.* 434. *Jacq hort.* 3. *p.* 51. *t.* 100.?

Croton *Benzoë* foliis linearibus ſubrepandis nudis: venis rubris. *Mant. pl.* 2 *p.* 297.

LOC Sumatra, Java, Siam. *Arbor, peregrina.*

PHARM. BENZOES Reſina, *Tinctura, Flores.*

QVAL. reſinoſa, graveolens, fragilis. *Trita, præſtans.*

VIS: nervina, expectorans, balſamica.

VSVS: Rubedo faciei.

COMP. *Empl.* de Storace.

OPHIOXYLON.

624. OPHIOXYLON *ſerpentinum.* *Sp. pl.* 1478.

Liguſtrum foliis ad ſingula internodia ternis. *Burm. zeyl.* 141. *t.* 64.

623. Trunci lignum, ex Benzoë officinarum, quod ſecum apportavit DD. *Thunberg*, cortice ſingulari valde refert corticem hujus arboris *Suppl. pl.* Odorem Benzoës tamen non ſpargit Vera arbor benzoinifera adhuc incognita eſt, de qua vid. *Valentini Ind. lit. p.* 487.]

LOC. Zeylona. *Arbor, peregrina.*
PHARM. SERPENTINVM Lignum ʒß.
QVAL. amara. *Parca.*
VIS: pellens, ſudorifera.
VSVS: Quartana! Morſura.
COMP.

MIMOSA.

625. MIMOSA *nilotica* ſpinis ſtipularibus patentibus, foliis bipinnatis: partialibus extimis glandula interſtinctis, ſpicis globoſis pedunculatis. *Sp. pl.* 1506. *Haſſelq. it.* 475.
Acacia vera. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 429. *Vesl. ægypt. t.* 8. *Pluk. alm.* 3. *t.* 123. *f.* 1.
LOC. Arabia petræa, Aegyptus. *Arbor, fera.*
PHARM. ACACIAE VERAE Succus.
ARABICVM Gummi.
QVAL. *Succ.* ſtyptica. *Gum.* mucilaginoſa, flaveſcens, inſipida. *Vſitata, præſtans.*
VIS: *Succ.* adſtringens. *Gum.* inviſcans, lubricans, obtundens, nutriens, maturans.
VSVS: *Succ.* Hæmoptyſis, Menorrhagia, Prolapſus; *Gum.* Ophthalmia.
COMP. *Succ.* Andromach. *Gum.* Mithridat. *Troch.* carabe, *Lob.* ſanum.

626. MIMOSA *Senegal* ſpinis ternis: intermedia reflexa, foliis bipinnatis, floribus ſpicatis. *Sp. pl.* 1506.
Acacia. *Baub. pin.* 392. *Alp. ægypt.* 9. *t.* 15. *Pluk. phyt.* 251. *f.* 1.
LOC. Arabia. *Arbor, fera.*
PHARM. SENEGAL Gummi.
QVAL. præcedentis, præſtantior. *Vſitata, præſtans.*

VIS:

VIS: præcedentis.
VSVS: præcedentis.
COMP.

627. MIMOSA *Catechu* ſpinis ſtipularibus, foliis bipinnatis multijugis: glandulis partialium ſolitariis, ſpicis axillaribus geminis ternisve peduncularis. *Suppl. pl.* 439.
Coira vel Kaira. *Kerr med. obſ. and inquir.* 5. *p.* 51. *tab* 4.
LOC. India orientalis. *Arbor, peregrina.*
PHARM. CATECHV (Succi Japonici) ℥iij, Tinctura.
QVAL. gummoſo-reſinoſa, obſcure ruſſa, inodora, ſubamara poſtea dulcior, ſtyptica. *Trita, eximia.*
VIS: adſtringens.
VSVS: Profluvia, Diarrhœa, Coryza, Stomacace.
COMP. *Troch.* catechu cum moſcho, ſine moſcho.

DIOECIA.

FRAXINVS.

628. FRAXINVS *excelſior* foliis ſerratis, floribus apetalis. *Fl. ſuec.* 926. *Sp. pl.* 1509.
Fraxinus excelſior. *Baub. pin.* 416.
LOC. Europæ prata. *Arbor, vulgaris.*
PHARM. FRAXINI Lignum, ⊖, Cortex, Folia, Semina (Lingua auis).
QVAL. *Cort.* amara; *Sem.* aromatica, ſingularis. *Vſitata.*

VIS:

627 [*Terram Japonicam D. Fothergill*, qui *D. Kerr* ſequitur, e Mimoſa ſpicata *Pluk. mant.* 1. *t.* 329. *f.* 5. 6. provenire contendit. Ego de hoc dubito. Quæ e Malabariæ littore huc (Trangambariam venit, Tamulis *Malagalam* dicitur. Vera Terra Japonica Tamulis *Kaskatti* audit, et a pauperioribus cum Betel manducatur; opulentiores vero ſucco utuntur, qui e Malacca venit, et *Cattu-Cambar* vocatur, quique e *Cinchonæ* ſpecie copioſe excoquitur. Secundum *Kæmpferum* in *itin. Japon* hæc vera erit Terra Japonica. *Kœnig* ap. *Retz. faſc.* 4. *p.* 5.]

VIS: adſtringens; *Sem.* ſiccans; *Sal.* diuretica.
VSVS: Hæmorrhagia, Tertiana. [*Fol.* Morſura ſerpent.] *Sem.* Obeſitas.
COMP. *El.* diaſatyr.

629. FRAXINVS *Ornus* foliis ſerratis, floribus corollatis. *Hort. cliff.* 470. *upſ.* 304. *Sp. pl* 1510.
Fraxinus humilior ſ. altera theophraſti. *Bauh. pin.* 416.
LOC. Calabria, Sicilia. *Arbor, manſueta.*
PHARM. MANNA CALABRINA ℥ß. granulata, tabulata, *Morſulæ.*
QVAL. mellea, granulata, rubicunda, ſubdiaphana, dulcis. *Trita, eximia.*
VIS: edulcorans, eccoprotica! obtundens, thoracica.
VSVS: Aſthma humorale, Colica nephritica.
COMP. Laxans debilium.

DIOSPYROS.

630. DIOSPYROS *Ebenus* glaberrima, foliis oblongis utrinque glaberrimis coriaceis venoſo-reticulatis, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Suppl. pl* 440.
LOC. Indiæ orientalis ſylvæ vaſtæ. *Arbor, peregrina.*
PHARM. EBENI Lignum.
QVAL. in aqua ſubmergitur. *Exoleta.*

VIS:

629. [MANNAM CALABRINAM *Fraxinus rotundifolia Mill. Fraxinus* rotundiori folio *Bauh. pin.* 2. quam *b. Auctor* pro varietate Orni habuiſſe videtur, exſudat. MANNA PERSICA colligitur de *Hedyſaro Alhagi Sp. pl.* 1051. MANNAM BRIGANTINAM fundit *Pinus Larix.* — MANNAE SEMINA præbet *Feſtuca fluitans*, et, ſi Matthiolo fides habenda, olim in Germania *Panicum ſanguinale.*]

630. EBENVM præter prædictum alias tres ſpecies diverſas pronit *Dale pharm.* 30. [Variat colore ligni nigro, albo, variegato cet. *Aubl. guian. ſuppl.* 141.]

VIS:
VSVS: mechanicus.
COMP. Decoctum lignorum.

PANAX.

631. PANAX *quinquefolium* foliis ternis quinatis. *Sp. pl.* 1512.
Aureliana canadensis, Sinensibus Ginseng. *Lafit. ginf.* 1. *Trew. ehret. t.* 6. *f.* 1.
LOC. Canada, Tataria, inter gr. 39 - 47.
Perennis, mansueta.
PHARM. GINSENG Radix ℈j.
QVAL. aromatica. *Rarior, pretiosa.*
VIS: cordialis, analeptica.
VSVS: Atecnia, Debilitas, Marasmus, Senectus.
COMP.

TRIOECIA.

CERATONIA.

632. CERATONIA *Siliqua. Hort. upf.* 296. *Sp. pl.* 1513.
Siliqua edulis. *Baub. pin.* 400.
LOC. Iudæa, Syria, Apulia, Sicilia. *Arbor, mansueta.*
PHARM. DVLCIS SILIQVA.
QVAL. dulcis, sicca. *Rarior, præstans.*
VIS: edulcorans, expectorans.
VSVS: Soda, Raucedo, Asthma, Tussis, Ophthalmia.
COMP. *Syr.* diacodii cum siliquis. *Decoct.* infantum.

FICVS.

633. FICVS *Carica* foliis palmatis. *Hort. cliff.* 471. *upf.* 305. *Sp. pl.* 2513.
